2.

ANIMADVERSIONES *PHILOLOGICAE* IN JOBUM,

in quibus plurima hactenus ab Interpretibus male accepta ope linguae Arabicae & affinium illustrantur

A B

ALBERTO SCHULTENS

GRONINGANO.

Accessit Specimen Observationum Arabicarum in totum Vetus Instrumentum.

Cum Indicibus necessariis.



TRAJECTI BATAVORUM,

Apud GUILELMUM BROEDELET. 1708.

ILLUSTRIBUS
AC
PRÆPOTENTIBUS
VIRIS
DOMINIS DOMINIS
CONSULIBUS
ET
SENATORIBUS,
UT ET EORUM
SYNDICO, QUÆSTORI, ET
SECRETARIIS,
TOTIQUE ADEO
AUGUSTO
SENATUI
INCLYTÆ
ET
ILLUSTRISSIMÆ
URBIS GRONINGÆ,
PATRIÆ PATRIBUS,
ECCLESIÆ ET LITERARUM
NUTRITIIS,

MINIS ET PROCERIBUS

CLEMENTISSIMIS

&c. &c. &c.

VIRI ILLUSTRES

A C

RÆPOTENTES.

SÆpenumero soleo ante oculos ponere PROCERES AMPLISS. idque libenter crebris usurpa- monibus, non me cuiquam magis

gis debere, quam cui beneficium debeo, idque impensius quanto minus justum ei pretium assignari potest. Ego vero, post Deum T. O. M. VOBIS demum maxime devinctum me puto, qui vivam summi istius Numinis in hisce terris geritis imaginem, quibusque nostram hanc Rempublicam Deus mandavit; sub quorum auspiciis vivens libertatem, rem omnino inæstimabilem, salvam habeo. Quantum est quod VOBIS hoc nomine debeo, quantum est inquam PROCERIBUS subesse, qui pietatis, justitiæ, munificentiæ, omnium denique virtutum studium non edictis sed exemplis civibus suis commendant. At quid ago? Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tantaque copia, ut non dicam exornare, sed enarrare, PATRES CONSCRIPTI, Vestra in cives merita possit. Itaque

Sc mihi hic verba desint,
erit, ut in omnibus re-
is, silere quam infra rei
dicere. Interim postquam
nodo commemoravi, non
it profecto quod a me de-
OBIS, neque exsolve-
possim, illud mihi, quod
proximum dixit Seneca,
a esse existimo, ut ingra-
fugere liceat. Ea propter
i & accepta beneficia pro-
uanta valeo veneratione a-
atum sacratumque pignus
nos hosce studiorum meo-
s Vestros facio, licet jure
erant, utpote in fundo Ve-
culti. Accipite ergo, VI-
EPOTENTES, beni-
oletis vultu qualecunque
idinis testimonium, & ut
Sc sanctissimæ meæ erga
tatis duraturam tesseram.
avor, hæc unica erit gra-
tia,

tia, quam mihi & libello meo imploro. Non enim, quod multi solent, auctoritatis Vestræ adversus obtrectatores præsidium ambitiosa inscriptione posco; sanctior ea mihi est, quam ut mea causa aliorum malitiæ exponatur. Illud tantum cæteris Vestris in me beneficiis addite, ut quod offero non a se existimetis, sed ab animo & ut devotissimæ VOBIS mentis pignus, Dei ad exemplum, qui acceptiorem habet qui delubris suis gratam devotamque mentem, quam qui maxima munera intulerit.

In voto desino. Deus Optimus ille & Maximus, qui Rempublicam Vestram & cum ea Ecclesiam atque Academiam, tot ereptas discriminibus potenti sua dextra, sub auspiciis Vestris vindicavit, protexit, auxit, qui VOS difficillimis hisce temporibus ad clavum sedere jussit, idem Rempublicam VOBIS, VOS Reipublicæ conservet. Ita scribebam

ac vovebam Groningæ pridie Kal. Jun. 1708.

VIRI PRÆPOTENTES, AMPLISS.

VESTRIS NOMINIBUS

Devotissimus

ALBERTUS SCHULTENS.

PRÆ-

PRÆFATIO.



NOn diu in limine te morabor, *Benevole Lector. Habes hic* Animadversiones meas in Jobum Arabicas, *si ita appellare licet. Pluribus hic de necessitate & auctoritate linguæ Arabicæ dissererem, si tua humanitas longiorem orationem pateretur, aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur. De ratione instituti nostri breviter tantum præmonebo. Jobus ab omni ævo Arabismis refertus esse habitus fuit, neque librum hunc sine aliqua saltem linguæ Arabicæ cognitione intelligi posse, quomodo Hieronymus etiam pronuntiavit. Hoc palam se facturum Erudito Orbi pollicitus erat Magnus Bochartus; at morte interceptus fuit Vir Eruditiss. quo minus promissis stare potuerit, maximo sane literarum Orientalium detrimento, ille enim si ullus ad hanc rem erat aptissimus, intimam linguæ Hebraicæ cognitionem & vastam in Arabicis scientiam adeptus. Hinc ego in mentem incidi experiendi, quid tandem ope linguæ Arabicæ in Jobo illustrando effici posset; cui curæ licet impar sim, judicio, eruditione, ætate, Tanto Viro infinitis parasangis inferior, animum tamen addidit, quod conjecturas meas in Jobum, quarum specimen quoddam levissimum inter alia*

 S. Script.

S. Script. loca in Disputatione Academica abhinc biennio proposueram, Doctis non displicuisse animadverti. Ita tamen mecum constitueram, non ante hæc in lucem emittere, quam cum majoribus præsidiis, judicio & eruditione majori instructus, confusæ meæ cogitationes limatæ essent & perpolitæ; illud enim, quod proverbio dici solet, verissimum esse comperio, diem a die doceri. Aliter tamen consuluerunt Viri Eruditiss. optimique rerum, quæ in hoc libello continentur, arbitri, specimenque profectuum aliquale mihi dandum esse auctores fuerunt, vel eo fine, ut si conjecturæ meæ in loca difficiliora non persuaderent, ansa saltem Doctioribus praberetur amplius eadem inquirendi & illustrandi. Ex his certus sis B. L. me non scribendi pruritu, non ut illud σοφῶς καλῶς euge belle *mihi acclametur, hacce in lucem producere, sed quia Magnorum Virorum consiliis non parere nefas habui & superbiæ argumentum. De iis, quæ in hoc opusculo a me præstita sunt, ita paucis accipe. Præter loca ex Jobo secundum seriem capitum enarrata, alia bene multa ex Arabismo explicata invenies, ab Eruditis, quod sciam, nondum animadversa: hæc Tibi indiculus sistet. Nescio autem quo pacto hæc inter scribendum calamo effluxerint, de iis enim omnibus, aliisque quam pluri-*

plurimis locis S. Script. intricatioribus, scripsi uberius & ornatius, ubi ostendo, quantum præstet Arabismus non tantum ad verba sed etiam ad plenas locutiones Interpretibus non satis intellectas explicandum, ad significationes primarias & formales, ut vocant, eruendas, pluraque alia ad interiorem linguæ Sanctæ cognitionem ducentia. Hæc tanquam copiosius & majori studio, quam libellus hicce, exculta in lucem præmittere statueram; hinc factum est, ut quum aliquoties quædam alibi a me exposita dicam partim ad Disputationem meam impressam, partim ad hæc de quibus dico respiciam.

Specimina etiam quædam hinc inde adspersi, quo pacto veteres Interpretes Chaldæi, Symmachus, Hieronymus, & præsertim oi Lxx. *verbis tribuant significationes in Arabismo hodie conservatas, quod priscis Hebræis eadem significatione verba illa incognita non fuisse argumento est. Hac etiam ratione ingenti exemplorum copia ostendam, mutationes plurimas, quas ex auctoritate* τῶν Lxx. *Hebraico textui obtrudunt seculi præteriti Critici audaciores, indebitas esse. Quod superest B. & Erud. L. a Te quam officiosissime peto, ut vel applausu tuo hæc qualiacunque sint confirmes, vel ubi erratum sit des veniam, benignamque in partem interpreteris. Negas? Postulant id a Te subsidiorum*

diorum

diorum in Arabicis penuria, iniqua temporis ſpatia, alia & ſeveriora ſtudia, quæ hiſce multum inſudare non permittunt, ætas denique juvenilis ad errandum nimium proclivis, ſine hæc Te exorent. Tum vale, atque, ſi benigne de inſtituto noſtro opineris, alia a me exſpecta.

L. S.

L. S.

DOctissimi Alberti Schultens S. S. Ministerii Candidati *Animadversiones Philologicæ in Jobum*, ab ipso Auctore Facultati Theologicæ, ut nostrum de earum orthodoxia haberet Judicium, exhibitæ, a nobis sunt lectæ & examinatæ. Testamur itaque in iis nihil a nobis repertum esse fidei & bonis moribus contrarium, quo minus in publicum prodeant. Eas animadvertimus, non modo sanas atque orthodoxas, sed & non vulgari eruditione refertas, illisque, quibus severior sapientia cordi est, utiles atque lectu dignas. Deo Optimo Maximo gratias agimus, ob diligentiam, judicium, aliaque dona insignia, quibus hisce nostris temporibus juventutem inter nos beare non dedignatus est, quo spes affulget, non defore Reipublicæ Christianæ instrumenta in emolumentum Academiæ & Ecclesiæ utilia, eundemque Summum donorum Datorem sup-

ſupplices veneramur, ut Doctiſſimo Auctori ſuo ductu atque auxilio multis annis adeſſe dignetur, ut eodem pede pergat, pluraque aliquando ejus opera maturiora huic tyrocinio reſpondeant. Id in Eccleſiæ Chriſti ædificationem toto animo optamus: Groningæ ipſis Nonis Junii cIↄ Iↄ CC VIII.

JOHANNES BRAUNIUS
S. S. Theol. Dr. ejuſdemque & Hebr. Ling. Profeſſor Ord. H.T. Facultatis Decanus.

PAULUS HULSIUS
S. S. Th. D. ac Prof. Ord.

VIRO

VIRO ERUDITISSIMO
ALBERTO SCHULTENS
HADRIANUS RELANDUS.

P*Erductam esse ad finem editionem* Animadversionum Tuarum in Jobum *ex animo Tibi gratulor; & quemadmodum voluptatem singularem percepi ex lectione ingeniosissimarum Tuarum Observationum, quibus non vulgaria doctrinae Tuae specimina exhibuisti, & magnam lucem foeneratus es plurimis locis Sacri Codicis, ita nullus dubito quin gratissimae futurae sint omnibus iis, qui in sensu Divinorum Oraculorum investigando laborem aliquem collocant. Nosti paucos existere, qui sermonem Arabum callent, & hos ipsos, nescio quo fato, plerumque a scrutinio Sacrarum Literarum ad investigandas antiquitates, religionem, & historias Gentium Orientalium abduci: at Tu inter illos es, qui non tantum linguae Arabicae notitiam tibi comparasti ex lectione praestantissimorum Auctorum, sed ad*

Jobi


Jobi praecipue illustrationem operam Tuam conferre voluisti, & ea orbi prodere quae ab aliis indicta & intacta noveras. Perge ita bene mereri de orbe literato & Ecclesia Dei; ut intelligant, quicunque minus benigne de linguae Arabicae usu in explicatione Sacri Codicis judicare solent, non frustra tempus in ea addiscenda poni, & utilissimam esse Theologo hujus sermonis peritiam. Vale, Vir Eruditissime, & diu vive incolumis, ut Patriae nostrae & Ecclesiae pluribus ingenii tui monumentis prodesse queas. Trajecti ad Rhenum. Kalendis Juniis CIƆIƆCCVIII.

ANIMAD-



ANIMADVERSIONES
PHILOLOGICÆ
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. I.



Omen *Jobi* איוב Hieronymo notat *dolentem*, *gementem*. Celeberr. Spanhemius derivat a יאב *desiderare*, Desiderius quasi. Forte est ab radice Arab. איב اب, quod notat *ad Deum resipiscere*, vel etiam, unde derivandum puto, *Deum laudare*, ut quum الطير aves vocantur اواب in Alcor. Sic Sur. 34: 10. & alibi etiam hoc verbum sumitur. Patrem & proavos Jobi si noscere gestis, secundum traditiones Mohammedanorum hæc habeto ex Keslæo Mss. cujus lectione Clar. Relandus me beavit, ايوب ادن

 اومص

او مص ابن عوبد ابن العيص (عيصو) ابن اسحق ابن ابرهيم خليل الله *Job filius Oumitz filii Obed, filii Esau, filii Isaac, filii Abraham amici Dei*, φίλυ Θεῦ apud Apost. Jacob. cap. 2. 23. Propheta etiam appellatur a Kessæo, quod ex Alcorano petitum capite 21. quod agit de Prophetis, ubi Jobus vers. 82. & 83. in eorum numero recensetur.

CAP. III.

Vers. 4. כמרירי יום.

D*Iem hunc vendicent sibi densissimæ tenebræ; perterreant* eum *amaritudines*, id est, *infortunia diei.* יום hic ponitur pro die malo, infortunio insignito. Ita Arabice يوم sumitur. Unde ذو الايام *Dominum dierum* vocant Arabes, multis cladibus vexatum. כמרירי quibusdam est a כמר, aliis *æstus*, aliis *atrores* exponentibus. Sunt qui *sacrificulos* intelligunt, qui alias Cammarim dicuntur. Mih כ est servile & redundans, ut *Num.* 11: 1 ויהי העם כמתאננים pro מתאננים. מרירי sunt *infortunia* in Arabismo, sic ليلة المرير לילת אלמריר *nox summi infortunii*, quo nomine vocatur ultimum inter Alim & Muanam prælium; in quo utrimque plures septuaginta millibus

libus ceciderunt Hist. Sar. p. 38. امر ون *malæ; infortunia* : ابو مسرة *pater infortunii*, id est, Diabolus. Forte etiam יום hic sumitur ut Arabicum يوم peculiariter pro *die prælii*, ut يوم بدر *Dies Bedrensis*, id est, prælium Bedrense; atque ita כ in nativa significatione retineri posset. *Terreant illum diem infortunia*, qualia sunt *prælii* alicujus aut *diei* clade insignis.

Vers. 7. הלילה ההוא יהי גלמוד.

Sit nox illa גלמוד, id est, *solitaria*, uti reddidit Hieron. LXX. ὀδύνην vertunt. Quid proprie significet non facile est definire. Rabbinis per יחיד & שומם *unicum* & *desolatum* exponitur. Ego post alios, qui non recte hic instituisse videntur, ex Arabismo hæc tento. Radix جلمد Arabice notat *durum esse*. Unde الصخر الجلمود *Petra durissima* in Hist. Tamerl. p. 209. גלמוד ergo est adjectivum, notans proprie *durum*: liquet autem ex *Esaj*. 49: 21. usurpari pro *sterili* & *liberis carente*. Introducitur enim ibi Ecclesia de multitudine filiorum stupens. *Quis mihi hos genuit* ואני שכולה וגלמודה *cum tamen sim liberis orbata & sterilis*. Ita קשה قسى Arabice notat *durum esse*, & dein *sterilem esse*. شديد *du-*

rus & *sterilis*. In ipsa etiam hac radice *sterilitatis* notionem contineri patet ex derivato جمرة, id est, *cameli annosiores* propter *duritiem* scil. seu *sterilitatem*, quasi *camelos steriles* dicas. Ita גרמור vertitur *Job.* 30: 3. דלא ולד *cui liberi non sunt*, a Chaldæo, & ab Hier. *sterilis*. Et hic est sensus Rabbinorum, cum יחיד & שומם exponunt, quæ pro *sterili* aut *liberis carente* ab Esaja usurpantur. Eodem modo hic sumo. *Sit nox illa dura*, sterilis, & *non veniat cantus in ea* scil. propter infantem recens natum. גלמור ergo proprie *durum* notat, at non nisi in metaph. pro *sterili* in sacro textu occurrit.

Vers. 12. מדוע קדמוני ברכים.

Lxx. ἵνα τί συνήντησάν μοι γόνατα. Sic Belgæ nostri, waarom zijn my de knyen voorgekomen / sensu satis incommodo. Nulla tamen in Hebraismo melior occurrit significatio. Hieron. *quare exceptus genibus*. Arabice قدم seu קָדַם est *stitit coram*, *obtulit*. Ita verto, *quare me coram stiterunt genua*, *obtulerunt me* patri scil. & alluditur ad morem, quo infantes recens nati, nutricis genibus impositi, patri offerebantur.

CAP.

CAP. IV.

Verſ. 2. הנסה דבר אליך תלאה.

LXX. μὴ πολλάκις σοὶ λελάληται ἐν κόπῳ. Hæc longius ab Hebræo recedere videntur. Cur ita verterint docet Arabiſmus. נסה ſeu نشا, eſt *iterato* & *ſæpius* quid *facere*, unde נסה דבר πολλάκις λελάληται: pro תִּלְאֶה legerunt תְּלָאָה & ב ellipticum pro more ſuppleverunt. Rectius tamen verti puto. *An ſi tentemus loqui tecum, ægre feres.*

Verſ. 6. *Annon timor tuus, ſpes tua.* תקותך ותם דרכיך.

Dubii hic hærent Interpretes. Verba ſonant. *Spes tua & integritas vitæ tuæ*, quæ cum colo antecedenti non cohærent, ideoque per σύγχυσιν poſitum volunt pro ותקותך *& ſpes tua integritas viarum.* Si vocem תקוה ſumamus ſignificatione, quam apud Arabes obtinet, ſenſus erit planus. *Annon timor tuus erga Deum, eſt ſpes tua, pietas tua & integritas* ſubintell. ex colo præc. *eſt ſpes tua.* Arab. تقوى *pietas, timor Dei*, idem quod יראה ſæpiſſime. Hieron. הלא vertit *ubi eſt*, illud Arabibus هلا eſt.

Verſ. 12. תקח אזני שמץ מנהו.

Et accepit auris mea parum ex eo. Occurrit in hac phraſi vox שמץ incertæ originis & ſignificationis. Lxx. in hoc loco per *ἐξαίσια* declarant & Vulg. per *venas*, infra autem *cap.* 26: 14. Lxx. *ἰκμάδα* & Vulg. *parvam ſtillam* exponunt. Rabbini cæterique fere Interpretes quotquot ſunt שמץ, in duobus locis Jobi, ubi tantum occurrit, מעט *parum quid*, *puſillum* exponunt, & id quidem recte ex ſenſu, vera tamen ſignif. & ejus origo ignoratur. Ego in hanc rem confero Arabicum شماج, quod a Golio noſtro exponitur, *pellicula uvæ*, *ſeu quod de ea inter edendum abjicitur*, item *aliquid*, *res exigua*; illud ab Hebr. שמץ formatum videtur, ץ in ج mutato, cujus mutationis exempla hæc a me obſervata ſunt. جهار *palam*, *aperte* & صهار. Sic صرم *corium craſſius unde ſoleæ parantur* a Perſico چرم, & صنار *platanus* a Perſico چنار, & صنج *inſtrumentum muſicum*, ſambuca, ut vult Golius, eſt a Perſico جنك, ج in ص & ك in ج pro more mutatis; جنك etiam ſine ulla mutatione uſurpatum reperies ab Arabe in Hiſt. Tamerl.

merl. pag. 301. Certum ergo est Gimel & Tsade sæpe permutari, & שמץ proprie notare *præsegmen uvæ* vel *dactyli* vel alterius rei, unde ad *rem exiguam* notandum transfertur. Ita dicunt Arabes شماج لماج *parum quid*, γρῦ. Sic نقير est *præsegmen* dactyli, & γρῦ & قطمير est *pellicula* uvæ dactyli, &c. hoc pro *re exigua* positum invenio in Hist. Tamerl. p. 200. وشرعوا لا يخبرون امر المدينة على النقير والقطمير, *& inceperunt accurate de statu urbis inquirere usque ad scrobulam dactyli & ejus pelliculam.* Alcor. Sur. 35: 14. ما يملكون من قطمير *ne minimum quidem possident*, in Arab. est *ne pelliculam uvæ.* De نقير, quod est *scrobula in nucleo dactyli*, idem observare est in loco citato ex Hist. Tamerl. adde Alcor. Sur. 4: 56. لا يوتون الناس نقيرا *hominibus ne scrobulam dactyli largiuntur*, & vers. 123. لا يظلمون نقيرا *ne scrobulam dactyli injuriam ferent.* Sic etiam in فتيل *pellicula dactyli* Alcor. Sur. 4. vers. 52. & 79. لا تظلمون فتيلا *non injuria afficiemini pelliculam dactyli.* קימעא apud Thalmudicos est *parum, pusillum*, non dubito quin derivetur ab Arabico قمع Kimaa *petiolus* seu *umbilicus dactyli.* Huc etiam referri potest שמצה Exod. 32: 25. quod vulgo *ignominia* exponitur;

tur; quidni enim לשמצה reddamus, *in rem rejectam*, ut pellicula ovæ vel dactyli; aliquando tamen vocem hanc referendam putabam ad rad. Arab. شمع *ludibrio habere*, Tſade in Ain mutato, ut خلع pro חלץ, qualis mutationis apud Chaldæos frequentia occurrunt exempla.

Verſ. 18. תהלה.

Alii *ſplendorem*, alii *inſaniam* vertunt, a verbo הלל, quod *ſplendere* notat & *inſanire*. Neutrum uti videtur recte. Prius enim cum ſcopo non convenit. Poſterius nimis durum Angelis tribuere *inſaniam*, niſi cum multis Interpretibus de Angelis lapſis locum explices, quod tamen etiam minus ſcopo inſervire poteſt. תהלה ex Arabiſmo verto *vanitatem*, quam Deus dicitur in Angelis ſuis השים *animadvertere*, prout ſumitur Eſaj. 41: 20. quatenus ut ſpiritus creati, quique non vi naturæ ſuæ & neceſſario, ut Deus, ſancti ſunt, de vanitate participant, & in eam facile dilabi ſine auxilio Dei poſſent: ثهل Arabice idem eſt quod بطل *vanus fuit*, unde ثهلل per بباطل exponitur apud Golium.

CAP.

CAP. V.

Vers. 7. בני רשף.

Moneo hæc male a Doctiss. Viris Hott. & Hinkelm. de sagittis exponi, quasi Arabice רשף رشق esset *vibramen teli*, *jactus sagittæ*, nam id non est רשף, sed רשק رشق apud Arabes.

Vers. 22. לשד ולכפן תשחק.

In vastitate & fame ridebis Vulg. Observo ad hujus aliorumque in sacro textu locorum explicationem שד seu شدة Arabice *famem* & *annonæ penuriam* notare, quod observo ex Histor. Tamerl. p. 373. ubi de munimento quodam ita narratur; حاصرها مدة واذاقها لباس الجوع والشدة *Diu illud obsidione cinxit & maxima fame & annonæ angustia pressit*; ibi شدة & جوع *fames* conjunguntur; ita etiam apud Zjeuharium celebrem Lexicogr. شدة idem est quod قحط *sterilitas annonæ* in voce ازمة, quam exponit شدة و قحط *angustiam annonæ*. Certe שד pro *fame* vel *penuria annonæ* apud Hebræos etiam usurpari annotavit Kimchius ad Hos. 9: 6. ubi שד exponit כובד הרעב *gravi-*

 tatem

tur; … hanc significationem pro- rejec … cap. 51: 9. ubi clarissime do … verba Esajæ ita se habent : *Duo* ac … *tibi*, *quis planget te*, השד והשבר … *calamitas & confractio*, *nempe* … *gladius*. Laborant hic vehementer Interpretes & Commentatores qua ratione Propheta dicat, *duo hæc evenerunt tibi*, cum tamen, uti videtur, quatuor plagas recenseat. Nempe non attenderunt vim vocis שד. Propheta enim non recenset hic quatuor mala, sed duo illa שד & שבר tanquam paulo obscuriora per כפן & חרב declarat, ut adeo שד *fami* כפן respondeat & שבר *gladio*. Tò ו ante רעב exponendum est *nempe*, expositivum præcedentis, ut 1 Sam. 28: 3. ברמה ובעירו *in Rama nempe in urbe sua*. Sic 1 Sam. 17:40. & alibi. Cœterum שד pro *fame* positum, commode ad rad. שדד *vastare* referri potest, vastationem enim terræ insequitur penuria & fames. At Arabes شدة potius derivare amant ab alia signif. verbi שדד شد, quæ est *durum esse*, nam شدة est ضد اللين *contrarium mollitiei*. Sic a rad. ترز *durum esse* est ترز *fames*: ab hac rad. derivanda etiam videtur vox תרזה *arboris infrugiferæ species*, quasi *duram arborem* dicas; prout *terra dura* stylo Arabum est terra sterilis, sic dicunt Arabes شظف الشجر *Dura evasit*

evasit arbor, id est, *sterilis fuit* & non irrigua: شجر شطيف *arbor dura*, id est, sterilis, infrugifera, sed hæc in transitu. Porro a rad. قسا *durum esse* ut Hebr. קשה est قساوة *sterilitas* & *annonæ angustia*. In lingua Persica idem observa in سخت, quod *durum* notat, unde est سختى *durities*, hoc pro *fame* & *penuria annonæ* usurpatur in Rosario Sjeich Sadi, qui Persice ita canit pag. 242. Edit. Gent.

چو كم خوردن طبيعت شد كسي را
چو سختي پيشش ايد سهل كبرد

وكر تن پرورست اندر فراخي
چو تنكي بيند از سختي بميرد

Cum modicum comedere alicujus natura fert,
Cum fames, proprie durities, *ei obvenit*, *facile feret*.
At si corpus educatum fuerit in lautitia,
Si res angustæ fuerint, *fame perit*. Proprie *duritie*.

Hæc de nihilo non observavi, nam faciunt ad illustrationem Esajæ cap. 8: 21. ubi נקשה *duritie pressus* & רעב *famelicus* conjunguntur, cujus

cujus vocis vim plerique Interpretes non satis i ntelligebant.

Verſ. 22. ולא תחטא.

Vulg. *non peccabis.* Minus recte. Proprie ex Arabiſmo hic notat δυσπραγεῖν, & *fortuna minus proſpera uti.* Ita חטא in quarta conjug. اخطا opponi ſolet τῷ اصاب *proſpera fortuna uti*, unde صواب *bonus & felix ſtatus*, cui opponitur خطا חטא. Optime ergo Symmach. δυσπραγεῖν vertit. Proprie خها Arabibus de ſagitta dicitur quum a ſcopo aberrat. Sic Jud. 20: 16. quod jam obſervatum eſt.

Verſ. 26.

Ab aliis jam obſervatum eſt גדיש recte *cumulum* verti & convenire cum Arab. كدس *accumulare.* Exempla tantum talis mutationis hic exhibeo. كبريت *ſulphur* pro גפרית: ركس *ſpurcities* pro رجس : لماك pro لماج *buccella* : كهد pro جهد *labor* : ارتك pro ارتج *tremuit* : تكبر pro تجبر *ſuperbivit* : كرع pro جرع *hauſit.*

CAP.

CAP. VI.

Verſ. 3. דברי לש.

VUlg. *verba mea dolore ſunt plena.* Melius Lxx. τὰ ῥήματά μȣ ἐςι φαῦλα. Alii *verba mea abſorbentur* a לוע *abſorbere*, id eſt, מגומגמים *ſubmiſſe pronuntiantur*, quaſi conquereretur Jobus, ſe præ dolore eloqui non poſſe. Mihi non diſplicet ſenſus, quem ex Arabiſmo dant Lxx. Seniores. Nempe Arab. لغا לעה dicitur de verbis vanis & nullius pretii, quaſi conquereretur, verba ſua nihili ab amicis, & tanquam temere effutita, æſtimari.

Verſ. 4. בעותי אלוה יערכוני.

Optime verſum ab Hieron. *Terrores Domini militant contra me.* Lxx. plane aliter, ὅταν ἄρξωμαι λαλεῖν κεντȣ͂σί με, *quum loqui incipio pungunt me* ſcil. ſagittæ omnipotentis, de quo præcedit. Legerunt בְּעֻתִּי אלה. Sumpſerunt autem עות pro verbo vel Arabicum عوث quod *clamo*, vel ex לעות, quod legitur Eſaj. 50: 4. quod tamen Capellus potius ad rad. لغى *loqui* Arabice referendum putat. Pro אלוה *Deo* legerunt אלה pronomen.

Verſ. 7.

Verſ. 7. *Recuſat anima mea* לנגוע *attingere.*

Scil. verba tua. Eleganter verbi نجع ſignificatio huic loco convenit, Arabibus ſcil. eſt *bene profecit cibus*, unde نجيع *cibus ſaluber*, *bene proficiens* نجوع الصبي dicitur *lac*, quia *ſalubre* eſt *infantibus*. Quin & in metaph. de Oratione dicitur نجع נגע cum efficax eſt & auditores movens. Ita hic Orationem Eliphaz cibo inſipido & inſalubri comparat Jobus, ex quo profectum ſe capere poſſe negat; *ſunt enim*, ſubjungit, *mihi illa* verba *tanquam cibus languidus* הֵמָּה כִּדְוֵי לַחְמִי, quod Lxx. reddunt βρόμον γὰρ ὁρῶ τὰ σῖτά μου ὥσπερ ὀσμὴν λέοντος, *fœtidum video cibum meum, inſtar halitus leonis.* Videntur legiſſe חמה כרוי לחמי, quæ Chaldaica ſunt, & ſenſum, quem Lxx. dedere, referentia. Ὥσπερ ὀσμὴν λέοντος aliquis margini adſcripſerat, qui leoni fœtidiſſimum eſſe halitum & inde ἐρίβρομον a Poëtis dici legerat, inde in textum irrepſit.

Verſ. 10. אסלדה בחילה.

Lxx. ἐπὶ τειχέων ἡλλόμην. Arabice صلد eſt *ſaltare*. חיל quandoque *antemurale* vertitur.

Lo-

Locus est, si ullus, obscurus & intricatissimus. Diversissimas Interpretum versiones hic cumulare non est animus, quot enim Interpretes, tot fere diversæ versiones; adeo sibi hic non constant. Ego incertus & hærens ita rem expedire conor. Arabice صلن sæpius & usitate de equo dicitur, quum *terram pedibus percutit*, maxime cum cursu rapido fertur. Hoc in equo virtutis & ardoris bellici signum est. Apollon. l. 3. Argonaut.

> Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀρήϊος ἵππος, ἐελδόμενος πολέμοιο
> Σκαίρθμῳ ἐπιχρεμέθων κρούει πέδον —
> *Sicut equus bellator, prælii amore incensus,*
> *Hinniens & saliens solum pulsat.*

Plura huc ex Poëtis cumulari possent, sed brevitati studeo. Tunc autem plerumque equi solum pede pulsant, quum gaudent & exultant. Chrysost. τῷ ποδὶ καταξαίνων τὴν γῆν, γαυριᾷ, καὶ φρυάττει *terram pede feriens, exultat & fremit.* Ita infra Jobi cap. 39: 21. de equis יחפרו בעמק וישיש בכח, *vallem* pede *fodiunt* & pulsant, *robore* vel *facultatibus exultantes.* Hoc equorum γαυρίαμα Arabes חילה خيلة vocant seu خيلا. Ita Damirius de equo: هي طبع الفرس الزهو والخيلا بنفسه

Etiam

tatem famis, & ad hanc ſignificationem probandam citat Eſaj. cap. 51: 9. ubi clariſſime ita ſumitur. Verba Eſajæ ita ſe habent: *Duo hæc evenerunt tibi, quis planget te*, השד והשבר והרעב והחרב *calamitas & confractio, nempe fames & gladius*. Laborant hic vehementer Interpretes & Commentatores qua ratione Propheta dicat, *duo hæc evenerunt tibi*, cum tamen, uti videtur, quatuor plagas recenſeat. Nempe non attenderunt vim vocis שד. Propheta enim non recenſet hic quatuor mala, ſed duo illa שד & שבר tanquam paulo obſcuriora per כפן & חרב declarat, ut adeo שד *fami* כפן reſpondeat & שבר *gladio*. Tò ו ante רעב exponendum eſt *nempe*, expoſitivum præcedentis, ut 1 Sam. 28: 3. ברמה ובעירו *in Rama nempe in urbe ſua*. Sic 1 Sam. 17:40. & alibi. Cœterum שד pro *fame* poſitum, commode ad rad. שדד *vaſtare* referri poteſt, vaſtationem enim terræ inſequitur penuria & fames. At Arabes شدة potius derivare amant ab alia ſignif. verbi שדד شد, quæ eſt *durum eſſe*, nam شدة eſt اللين ضد *contrarium mollitiei*. Sic rad. قرز *durum eſſe* eſt قرز *fames*: ab hac rad. derivanda etiam videtur vox תרזה *arboris infrugiferæ ſpecies*, quaſi *duram arborem* dicas; prout *terra dura* ſtylo Arabum eſt terra ſterilis, ſic dicunt Arabes شظف الشجر *Dura evaſit*

evasit arbor, id est, *sterilis fuit* & non irrigua: شجر شظيف *arbor dura*, id est, sterilis, infrugifera, sed hæc in transitu. Porro a rad. قسا *durum esse* ut Hebr. קשה, est قساوة *sterilitas* & *annonæ angustia*. In lingua Persica idem observa in سخت, quod *durum* notat, unde est سختي *durities*, hoc pro *fame* & *penuria annonæ* usurpatur in Rosario Sjeich Sadi, qui Persice ita canit pag. 242. Edit. Gent.

چو کم خوردن طبیعت شد کسی را
چو سختي پیشش اید سهل گیرد
وگر تن پرورست اندر فراخي
چو تنگي بیند از سختي بمیرد

Cum modicum comedere alicujus natura fert,
Cum fames, proprie durities, *ei obvenit*, *facile feret.*
At si corpus educatum fuerit in lautitia,
Si res angustæ fuerint, *fame perit.* Proprie *duritie.*

Hæc de nihilo non observavi, nam faciunt ad illustrationem Esajæ cap. 8: 21. ubi נקשה *duritie pressus* & רעב *famelicus* conjunguntur, cujus

cujus vocis vim plerique Interpretes non satis intelligebant.

Vers. 22. ולא תחטא.

Vulg. *non peccabis.* Minus recte. Proprie ex Arabismo hic notat δυσπραγεῖν, & *fortuna minus prospera uti.* Ita חטא in quarta conjug. اخطا opponi solet τῷ اصاب *prospera fortuna uti*, unde صواب *bonus & felix status*, cui opponitur خطا חטא. Optime ergo Symmach. δυσπραγεῖν vertit. Proprie خها Arabibus de sagitta dicitur quum a scopo aberrat. Sic Jud. 20: 16. quod jam observatum est.

Vers. 26.

Ab aliis jam observatum est גדיש recte *cumulum* verti & convenire cum Arab. كدس *accumulare.* Exempla tantum talis mutationis hic exhibeo. كبريت *sulphur* pro גפרית: ركس *spurcities* pro رجس: لماك pro لماج *buccella*: كهد pro جهد *labor*: ارتك pro ارتج *tremuit*: تكبر pro تجبر *superbivit*: كرع pro جرع *hausit.*

CAP.

CAP. VI:

Verſ. 3. דברי לעו.

VUlg. *verba mea dolore ſunt plena.* Melius LXX. τὰ ῥήματά μȣ ἐςι φαῦλα. Alii *verba mea abſorbentur* a לוע *abſorbere*, id eſt, מגומגמים *ſubmiſſe pronuntiantur*, quaſi conquereretur Jobus, ſe præ dolore eloqui non poſſe. Mihi non diſplicet ſenſus, quem ex Arabiſmo dant LXX. Seniores. Nempe Arab. لغا לעה dicitur de verbis vanis & nullius pretii, quaſi conquereretur, verba ſua nihili ab amicis, & tanquam temere effutita, æſtimari.

Verſ. 4. בעותי אלוה יערכוני.

Optime verſum ab Hieron. *Terrores Domini militant contra me.* LXX. plane aliter, ὅταν ἄρξωμαι λαλεῖν κεντȣ͂σί με, *quum loqui incipio pungunt me* ſcil. ſagittæ omnipotentis, de quo præcedit. Legerunt בְּעִתִּי אלה. Sumpſerunt autem עות pro verbo vel Arabicum عوث quod *clamo*, vel ex לעות, quod legitur Eſaj. 50: 4. quod tamen Capellus potius ad rad. لغى *loqui* Arabice referendum putat. Pro אלוה *Deo* legerunt אלה pronomen.

Verſ. 7.

Verſ. 7. *Recuſat anima mea* לנגוע *attingere.*

Scil. verba tua. Eleganter verbi نجع ſignificatio huic loco convenit, Arabibus ſcil. eſt *bene profecit cibus*, unde نجيع *cibus ſaluber*, *bene proficiens* نجوع الصبي dicitur *lac*, quia *ſalubre* eſt *infantibus*. Quin & in metaph. de Oratione dicitur نجع נגע cum efficax eſt & auditores movens. Ita hic Orationem Eliphaz cibo inſipido & inſalubri comparat Jobus, ex quo profectum ſe capere poſſe negat; *ſunt enim*, ſubjungit, *mihi illa* verba *tanquam cibus languidus* המה כדוי לחמי, quod Lxx. reddunt *βρόμον γὰρ ὁρῶ τὰ σῖτά μου ὥσπερ ὀσμὴν λέοντος*, *fœtidum video cibum meum*, *inſtar halitus leonis.* Videntur legiſſe חמה כרוי לחמי, quæ Chaldaica ſunt, & ſenſum, quem Lxx. dedere, referentia. Ὥσπερ ὀσμὴν λέοντος aliquis margini adſcripſerat, qui leoni fœtidiſſimum eſſe halitum & inde ἐρίβρομον a Poëtis dici legerat, inde in textum irrepſit.

Verſ. 10. אסלדה בחילה.

Lxx. *ἐπὶ τειχέων ἡλλόμην.* Arabice صلد eſt *ſaltare*. חיל quandoque *antemurale* vertitur.

Lo-

Locus est, si ullus, obscurus & intricatissimus. Diversissimas Interpretum versiones hic cumulare non est animus, quot enim Interpretes, tot fere diversæ versiones; adeo sibi hic non constant. Ego incertus & hærens ita rem expedire conor. Arabice صهل sæpius & usitate de equo dicitur, quum *terram pedibus percutit*, maxime cum cursu rapido fertur. Hoc in equo virtutis & ardoris bellici signum est. Apollon. l. 3. Argonaut.

> Ὡς δ' ὅτ' ἀρήϊος ἵππος, ἐελδόμενος πολέμοιο
> Σκάρθμῳ ἐπιχρεμέθων κρούει πέδον —
> *Sicut equus bellator, prælii amore incensus,*
> *Hinniens & saliens solum pulsat.*

Plura huc ex Poëtis cumulari possent, sed brevitati studeo. Tunc autem plerumque equi solum pede pulsant, quum gaudent & exultant. Chrysost. τῷ ποδὶ καταχερσαίνων τὴν γῆν, γαυριᾷ, καὶ φρυάττει *terram pede feriens, exultat & fremit.* Ita infra Jobi cap. 39: 21. de equis יחפרו בעמק וישיש בכח, *vallem* pede *fodiunt* & pulsant, *robore* vel *facultatibus exultantes.* Hoc equorum γαυρίαμα. Arabes חילה خيلة vocant seu خيلا. Ita Damirius de equo: في طبع الفرس الزهو والخيلا بنفسه

Etiam

Etiam de equi natura est fastus & γαυρίαμα, exultatio, superbia. Atque hæc exultatio in equis ita est insignis, ut eos putet R. Bechai Hebræum nomen inde traxisse. Nempe equum סוס dictum putat a rad. שוש *exultare*, Samech pro Sin posito. Videtur sententia R. Bechai confirmari ex eo quod Arabes etiam equum خيل חיל vocant ab חילה خيلة *exultatione*. Damir. in cap. de equo: سميت الخيل خيلا لاختيالها في مشيتها *Equus dictus est Chail, ob fastum quem præ se fert in incessu.* Commode ergo locum Jobi verti posse puto hoc pacto, ut tota constructio recte cohæreat. *Velit Deus me atterere & vulnerare,* ותהי עוד נחמתי *adhuc tamen subsistet mea consolatio,* hoc est, conscientia integra suffultus constans ero in dirissimis perpessionibus, nec tantum constans, sed & iis gaudens, licet non parcat mihi, quod his verbis exprimit, אסלדה בחילה לא יחמל *solum instar equi γαυριῶντος, pede percutiam cum exultatione, quum non parceret mihi.* Rationem etiam lætitiæ & gloriationis suæ in perpessione subjungit. *Quia non abnegavi verba* Dei *Sancti.* כחד hic non simpliciter tantum sumo pro *celare*, quæ videtur primaria hujus radicis significatio, sed pro *abnegare*, qui enim verba Dei celat & veritatem ejus, Deum quasi abnegat. Hac significatione

ne ſæpe כחר ſeu جحد , כ in ج mutato, cujus ſupra ad cap. 5: 26. plura dedi exempla, occurrit in Alcorano infinitis in locis, جحدوا , بالله وبرسوله *Deum abnegarunt & legatum ejus.* Videtur ergo כחר aliquando ſumi debere pro *abnegare*, quaſi dicas mendacio tegere. Huc ducit nos egregius locus, qui exſtat 2 Sam. 18: 3. או עשיתי בנפשו שקר וכל דבר לא יכחד מן המלך. Vir a Joabo Abſalomum occidere juſſus, poſtquam reſpondit nullo modo ſe id facturum, quia id a rege graviter interdictum erat, ita pergit. *Vel ſi mendacium fingerem de anima ejus*, id eſt, ſi negarem me eum interfeciſſe, *nihil tamen a rege per mendacium tegi poſſet, nam & tu ipſe coram inſurgeres in me.* Non video quid interpretationi noſtræ magnopere objici aut obſtare poſſit, niſi forte novitas, vel comparationis talis, qua ſe, malis licet oppreſſum, equo γαυριῶντι & exultanti aſſimilat, inconvenientia; ut eandem comparationem de ſe morbis & malis confecto inſtituit Gregor. Nazianz. in Carmine de vita ſua, ut ex hoc loco deſumpta quaſi videatur:

Ἐγὼ τέως μὲν ὥσπερ ἵππος δέσμιος,
Καί περ κακοῖς τε καὶ νόσῳ τετρυμμένος,
Ἔνδον κροαίνων οὐκ ἐπαυσάμην ποδάς.

Hactenus ego quidem ut equus captivus,
Licet malis & morbo confectus,
Intus pedibus ſolum *pulſare non deſtiti.*

Hoc eſt, graviſſimis malis ſemper lætus & bono animo fui. Denique non obſtat quod in Hebræo verbum ſcribatur cum Samech primæ, at in Arab. cum Tzade صلى, nam nulla fere mutatio Arabibus eſt frequentior quam Samech & Tzade inter ſe. Ita مصلك invenias in Hiſtor. Tamerl. pro مسلك *via.* مصيطر in Alcorano pro مسيطر *Commentarienſis.* صوق in Abulpharag. Hiſt. Dyn. pro سوق *forum*, præter infinita hujus generis exempla, quæ hic congerere neceſſe non eſt.

Verſ. 13. האם אין עזרתי בי.

Certe nullum mihi eſt auxilium. Ultimum בי redundat. Sic in Diſſ. de Hai Ibn Jokdhan. لم يتخلص لنا نحن الحق *non clare patefacta eſt veritas nobis*, in Arabico eſt *nobis nos.* Sic in Epiſt. prima Johannis ἡ κοινωνία ἡμῶν Arabs vertit شركتنا نحن *communio noſtra nos.* Ita apud Eutych. Alexandr. يجب علينا نحن *neceſſe nobis eſt*, in Arabico *nobis nos.* Confer etiam

1 Sam.

1 Sam. 25: 24. בי אני ארני העון *in me Domine peccatum est*, in Hebræo *in me ego*.

Verſ. 16. הקדרים מני קרח.

Verba hæc הקדרים מני Lxx. ex Arabiſmo vertunt οἵτινες διευλαβοῦντό με, eſt enim קדר قدر *magni æſtimare, revereri*. Tamen hoc loco illud non convenit. Vulg. *Qui timent pruinam.* At nec קרח hic *pruinam* notat, nec קדר *timere*. Chald. דשחימין *qui nigri ſunt ex frigore*, non meliori ſenſu. Et revera ex ſignif. recepta verbi קדר phraſin hanc explicare facile non eſt. Ego huc revoco Arab. قذر *ſpurcari, inquinari*, de aquis *turbidum reddi*, *qui*, torrentes ſcil. ex verſ. præced. *turbidi redduntur ex gelu.*

Verſ. 25. מה נמרצו.

Verba recta quam fortia ſunt. Chaldæus מה בסימין *quam dulcia.* Lxx. & Hieron. ex Arabiſmo. Illi ὡς φαῦλα ἐστιν. Arabice مرض eſt *debilem, languidum eſſe.* Exponitur etiam per نقص, quod *veritati detrahere* eſt; in quem ſenſum redditur ab Hieron. *Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis.* Chald. radices מרץ & מלץ confudit.

Verſ. 27. חכרו.

Lxx. ἐνάλλεσθε, ab Arabico كر *irruere*: verbum hoc alibi explico.

CAP. VII.

Verſ. 4.

QUum decumbo, cogito, quando ſurgam* ומדד ערב *& metitur* cor meum *veſperam.* Ita Ab. Ezra יחמר לבי, deficit לבי *cor meum.* Rectius ex Arabiſmo verti poteſt: *Tunc extendit* Deus *veſperam.* Arabice مدد *extendit, protulit.* Quum Jobus noctu decumbens, auroram ad levamen dolorum anhelaret, prout plerumque gravioribus morbis preſſis accidere ſolet, veſpera ſeu tempus nocturnum ipſi quaſi a Deo protrahi & extendi videbatur.

Verſ. 5. רמה.

Lxx. *σαπρία*, Vulg. *putredo.* Arab. רמם رم *carioſum eſſe, putreſcere.* Alias רמה etiam *vermem* notat ab eadem radice, non a רום, quod prorepentes ſe elevent, ut multis placet.

Verſ.

Verſ. 6. ארג.

Lxx. reddunt λαλιά, *ſermo*, cujus ratio inveſtiganda. Arabice أرج notat *ſpirare* odorem, ſermonem, &c. Idem qood فاح, unde יפיח κήρυξ apud Hebræos, proprie qui ſermones ſpargit & ſpirat, & ſumitur tam in bonam quam in malam partem. Ita ארג eſt *ſermones ſpirare*. Non tamen verſionem illam probo.

CAP. VIII.

Verſ. 2. *Verba oris tui* רוח כביר *ventus magnus*.

ITa Boch. a rad. Arab. كبر *magnum eſſe*; notat idem verbum *ſuperbum eſſe*. *Spiritus ſuperbi ſunt verba oris tui*. Ita infra cap. 35: 16. מלין יכביר non ſimpliciter *verba* ירבה, ut R. Levi & יסגא, ut Chald. *auget*. Sed *grandia facit*. *Verba ſuperba profert*.

Verſ. 14. אשר יקוט כסלו.

Quem faſtidit ſpes ſua. Aliter Rabbini.

 Raſchi

Raſchi יקצור ויכרות. Ut etiam Kimch. qui radici קוט tribuit ענין כריתה *ſignificationem exciſionis*. Sic etiam R. Levi. Atque hæc quidem ſignificatio loco huic optime convenit, eſt ea autem Arab. قط *præcidi*. *Cujus ſpes præciditur*, *eſt enim illud in quo ſperat aranea domus*, id eſt, tela. Hoc pacto verba magis cohærent quam ſi *faſtidire* hic reddas.

Verſ. 17.

De arbore viridi & florente על גל *ad ſcaturiginem rami ejus implectuntur*. عل Arab. *aqua fluens inter arbores.* בית אבנים יחזה *locum petroſum ſpernit & rejicit.* חזה *videre*, Arabibus *ſpernere* notat خزب; quæ ſignificatio huic loco maxime mihi convenire videtur. Ita ראה *videre* bis etiam in Jobo poſitum invenias pro *contemnere*, *deſpicere*, ut cap. 41: 25. *Omne elatum* יראה *contemnit*, & cap. 40: 7. Cant. 1: 6. אל תראוני *ne deſpectui me habeatis.*

Verſ. 18.

De eadem arbore continuata Metaph. dicitur אם יבלענו ממקמו *Si abſorbuerit eam de loco ſuo* Deus ſcil. Ita vertit Hieron. Ita Lxx. Chal-

Chaldæus, cæterique Interpretes. Revera בלין notat *abſorbere*, at arbor, vel impius ſub emblemate arboris, *ſuccidit ur* potius & amputatur quam *abſorbetur. Si ſucciderit eum e loco ſuo.* Antiquæ iſtius ſignificationis veſtigia reperio. Arabicum بلعك, *ſecuit*, *amputavit* gladio, aperte ab radice בלע deductum eſt; ultimum enim Kef ſervile eſt. Sic Arab. فلع, itidem *ſecuit*, *ſuccidit* gladio, a בלע derivatum eſt, unde سيف فلوع *acutus enſis* proprie *ſecans*, فلق etiam ع & ق mutatis, ut ſæpe fieri ſolet. Conſiderationem etiam meretur verbum בלע ut ſynonymum jungi cum verbo עלג, quod *findere* & *dividere* notat. בלע ארני פלג לשונם Pſal. 55:10.

CAP. IX.

Verſ. 7. בעד כוכבים יחתם.

Vulg. *ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo*, quæ verſio per omnia recte ſe habet, nam Arab. Ita חתם ختم eſt quaſi *ſignaculo occludere & abſcondere rem*; a primaria ſignificat. *ſignandi.* Eodem modo verbum חתם infra uſurpatum invenies cap. 24: 16. ubi Symmach. limati judicii Interpres Græce red-

 dit

dit ἐν σφραγίδι κρύπτειν *signaculo condere*. Ab hac rad. est חותם *sigillum*, *annulus signatorius*; quod de Messia in Proph. Hagg. 2: 24. dicitur, eum fore כחותם *instar sigilli*. Quæritur a Theologis & Scripturæ Interpretibus, qua ratione Christus חותם *sigillum* dicatur, quam in rem variæ ab Commentatoribus adducuntur similitudines & rationes. Vid. Not. Belg. & L. Capell. & Witz. in Symbol. Mihi aliquando in mentem venit Christum *sigillum* potuisse dici, quia *ultimus* fuit & *excellentissimus* Prophetarum, omniumque *complementum*, quique omnia, quæ a Prophetis prædicta fuerunt, *obsignat*. Hunc usum habet vox خاتم *sigillum* apud Arabes, qui Mohammedem suum vocant سيد الانبيا وخاتم الرسل *Dominum Prophetarum & sigillum Apostolorum*. Sic in Hist. Tamerl. p. 142. Quin se ipse hoc nomine prædicat in Alcorano suo Mohammed. Ita legitur Sur. 33: 40. رسل الله وخاتم النبيين *Legatus Dei & sigillum Prophetarum*; quo indicare voluit se *excellentissimum* esse & *ultimum* Prophetarum; id docet Sjeich Ezzodinus Amoliensis in Compend. Relig. Mahom. *Risalat Hasenia* dicto, Mss. Persico penes me. پيغمبر ما صلي الله عليه وسلم خاتم پيغمبرانست يعني اخر ايشانست وبعد

وبعد از ان حضرت تا قيامت پيغمبري ديكر نخواهد بود چنانك خداي تعالي فرمود.
Hoc eſt, *Propheta noſter, quem Deus benedicat*, SIGILLUM *Prophetarum eſt, id eſt, ultimus eorum eſt, neque poſt ejus excellentiam ullus alius exſtiturus eſt Propheta*, uſque ad reſurrectionem, *prout Deus Optimus Maximus dixit*, ſcil. in loco Alcorâni modo citato. Eodem modo Arabes Galenum vocant خاتم الاطباء *ſigillum Medicorum*, id eſt, excellentiſſimum & ultimum, intellige ex Medicis Græcis.

Verſ. 13. תחתו שחחו עזרי רהב.

Vulg. *ſub quo curvantur qui portant urbem.* Chaldæus, תחותוי דייתן רשיעיא *ſub illo deprimuntur, ſubjiciuntur impii.* Buxtorf. pro דייתן, quam vocem non intelligebat, legendum putabat שיחן. דייתן recte ſe habet. Arabice דית ديث eſt idem quod ذلل *ſubjicere, abjectum, depreſſum reddere.* עזרי רהב varie redditur. Mihi convenientiſſimum videtur ita vertere, *multum ſuperbi, ſuperbia abundantes.* עזר غزر Arabice eſt *copioſum, abundantem eſſe*, غزير *copioſus, abundans.* Ita Chaldæus. עזר autem

tem *copiosum* esse notare videtur etiam ex Zach. 1: 15. *Ego iratus fui* מעט *parumper*, *at illi* עזרו *in malum*, *abundantes in malo* Ecclesiæ inferendo *sunt*.

Vers. 14. אבחרה דברי עמו.

Vid. conjecturam meam de hoc loco infra ad cap. 36: 21.

Vers. 22.

Integer sum, & tamen non *æstimo vitam meam*, *vitam meam sperno*. אחת הי״א *unum hoc est*, quod ex Arabismo intelligo de *re miranda valde* & *inusitata*, quo sensu إحدى seu אחת usurpari solet, & sumitur in bonam & malam partem. Hoc pacto sensus, qui alias est intricatissimus, planus erit & simplex. Miratur scil. Jobus & rem vocat maxime mirandam, quod quum integræ sit vitæ, tamen eam spernere & tædio ejus capi debeat.

C A P. X.

Vers. 4. בשר.

LXX. βροτὸς ex Arabismo بشر *homo*, unde Adamus ابو البشر. Sic & σὰρξ in

N.

N.T. sumitur pro homine, Joan. 1: 14. λόγος σὰρξ ἐγένετο, & pluribus in locis.

Vers. 7. אין.

Lxx. sumpserunt significatione ejus Arabica, uti & Jerem. 6: 14. אין שלום, πῦ ἐστιν ἡ εἰρήνη. Arabice لين *ubi, ubinam*.

Vers. 8. ידיך עצבוני.

Manus tuæ ligarunt me, id est, *formarunt me*, prout alibi locutionem hanc latius explico; quæ compendiose hic proponam. עצב primario notat *ligare*, apud Arabes adhuc significatione illa obtinente. Inde per Metaph. aliæ duæ significationes deductæ. Primo *formare* de humano *corpore*, quod pluribus ex Arabismo doceo. Secundo ad animum hominis translatum, *dolore premere*, quasi *colligare* dicas, quod itidem exemplis compluribus illustro. Ad priorem significationem a Lxx. Interpretibus refertur עצבתי sup. cap. 9: 28. cum reddunt τὰ μέλη μου. Idem observari potest in יצר, quod *formare* notat de corpore, at de animo *dolore constringere*, *angere*. Ultimum hujus versic. colon aliter etiam verto quam fieri solet, non *circumquaque* *ab-*

absorbes me, sed *perficis*, a signif. verbi בלע in Arabismo. Hoc scopus & series orationis postulat. Sed hæc alibi etiam latius prosecutus sum.

Vers. 10.

An non sicut lac תתיכני *& sicut caseum coagulasti me.* Agitur de generatioue hominis, & manifesta cum lacte in caseum coagulato comparatione, ponit materiam ex qua corpus humanum efficitur, a primordio liquidiorem, post majori firmitate donari. Varie redditur תתיכני, vel *effudisti*, vel *percolasti*, ut Chald. Hieron. *mulsisti me*, ex Lxx. qui ἤμελξας. تتك Arabice notat *compressis digitis aliquid exprimere*; quod eleganter hic convenit. Conferatur R. Levi in h. l.

Vers. 16. תתפלא בי.

Lxx. δεινῶς με ὀλέκεις. Significationem Hebraici verbi פלא & ejusdem Arabicam conjunxerunt ad majorem emphasin. פלא فلا Arabice est *perdere* ὀλέκειν.

Vers. 17. עדיך.

Instauras testes tuos contra me. Vulg. Sic Chald.

Chald. סדרין, & alii Interpretes. Mihi videtur *testes* huc extra rem ab Interpretibus advocari, figura enim leonis, in quem venatio suscipitur, nimium se premi a Deo conqueritur. Quorsum hic testes? Convenit hic significatio Arabica hujus vocis, *incursus hostilis*, *inimicitia*. عدي *inimicitia*, عادن Adin *hostis*. Atque hoc mire cum sequentibus convenit, ubi *conjurationes & exercitum in se assurgere* dicit. חליפות verto *conjurationes*, ex Arabico حلف *jurare*, حليفة *juramentum* & *confœderatio*. Sic חליפות etiam verti debet Ps. 55:20. Sed hæc fusius alibi a me sunt explicata.

Vers. 22. *Terra tenebrarum*, *instar caliginis densissimæ* ולא סדרים.

Descriptio est inferorum, sive status mortuorum, qui solis luce privati perpetuis veluti tenebris mancipati sunt. סדרים hic Interpretibus sunt *ordines* solis, lunæ, stellarum, vicissitudo noctis & diei. Aliis confusa ibi esse omnia, nec ullum ordinem servari. Hæc interpretatio ex Chaldaismo petitur; Paraphrastæ enim Chaldæi Hebr. ערך *ordinare* per סדר declarare solent. Non male forte ex Arabismo exponi hic posset. Arabice سدر est *præstrictos habere oculos* ex nimia

nimia claritate, aut fulgore. Hinc סדר est *magnum lumen, ſumma claritas, ſerenitas.* Eodem modo ut זהב etiam pro *claritate cœli* uſurpatur Job. 37: 22. a rad. זהב ذهب *oculos præſtrictos habere*, proprie ex *auri* fulgore. Sic in Alcor. سنا برقها تذهب بالابصار *Splendor fulguris ejus præſtringit oculos.*

CAP. XI.

Verſ. 3. אין מכלים.

NOn *eſt qui te pudore ſuffundat, qui te confutet*, ut Vulg. At aliter Lxx. οὐκ ἐστὶν ἀντικρινόμενος. Arabice כלם كلم *alloqui, reſpondere*, & in tertia conjug. كالم *verbis diſceptare.* Ita inf. 19: 3. תכלימוני vertunt καταλαλεῖτέ μου *obloquimini mihi.* At rectius Vulg. *confundite me.*

Verſ. 8.

De ſapientia Dei גבהי שמים & עמקה משאול. Vulgo גבהי ſtatuitur pluralis a nomine גבה *altitudinem* notante. *Sapientia ejus* eſt *altitudines cœlorum.* Mihi videtur גבהי eſſe adjectivum in comparativo caſu, prout cætera etiam, quæ de hac Dei ſapientia prædicantur, in com-

comparativo per adverbium מן prolata sunt. Eſt autem forma illa comparativorum fœminina maxime in uſu apud Arabes. Ita a كبر *magnum* eſſe, compar. اكبر in gen. maſc. at in gen. fœm. كبري. Atque ejus generis infinita alia. Ita a גבה compar. maſc. eſſet אגבה, ut fœm. גבהי, quod hic occurrere videtur. Huc etiam refero cap. 23: 2. inf. מרי שיחי. Ubi מרי, quod a מרה *rebellionem* alias notat, commode explicari nequit, niſi ſtatuamus eſſe compar. a מרר *amarum, acerbum eſſe*, مري ab امر a rad. مر. *Acerbiſſima & amara eſt lamentatio mea*. Compar. pro ſuperlativo poſito, uti ſemper fere Arabes ſolent, quod Græcis etiam familiariſſimum eſt. Sic Chald. vocem מרי per מריר exponit, & ab Hieron. etiam ex ſign. rad. מרר declaratur. Aliud adhuc compar. at formæ maſcul. occurrere videtur inf. cap. 30: 3. *Qui fugiunt*, id eſt, recipiunt ſe *in loca arida* אמש שואה ומשאה. Locus eſt explicatu non facilis. Chaldæo אמש, quod alias *heri* notat, hic eſt חשוכא *tenebræ*. Sic etiam R. Levi illud ſumit. Ab. Ezræ eſt לילה, *Noctu agunt in locis deſolatis*. Reddi poteſt etiam *heri*, hoc eſt, nupere, recens *vaſtata & deſolata*, ſic امس *heri* in Alcor. uſurpatur. Si אמש hic ſumatur comparative ab مس ſcil. امس, quod *maxime*, *pluri-*

plurimum notat Arabibus, ſenſus eſſet ſatis facilis. *Fugiunt in loca arida, maxime vaſtata & deſolata.*

Verſ. 11.

Videt iniquitatem ולא יתבונן *& non cunctatur*, hoc eſt, *punit eam.* Ita vertendum puto ex Arabiſmo. *Non cunctari* notat *punire*, ut Deut. 7: 10. ببن Arab. eſt درنك كر دن *morari.* Sed hunc locum latius explicatum reperies infra ad cap. 23: 15. ubi alia etiam exempla talis verbi התבנן ſignificationis.

Verſ. 18.

Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & protegeris, & ſecure decumbes. חפרת ita vertendum eſſe ex ſign. verbi Arab. خفر ſenſus poſtulat. Obiter tantum moneo, nam alibi hoc jam obſervavi.

CAP. XII.

Verſ. 2. אמנם כי אתם עם.

VUlgo omnes reddunt: *Quaſi vero vos eſſetis populus univerſus.* Sed quænam horum

horum connexio cum iis quæ proxime addun- tur, *& vobiscum morietur sapientia*. Ergone quærenda est sapientia in promiscua plebe, in populo universo? *ἀσύςατα* hæc sunt. Chaldæus עם reddit חבריה *Doctores*, *Legisperitos*, rectissime quidem ex sensu loci, at significatio hæc non apparet in radice עמם. Conjectura mea hæc est: ab Hebr. עם *populus* est Arabicum امة *populus* peculiariter qui *optimi* & *recti* est instituti: امة etiam est Doctor & Antistes religionis, qui alias امام *Imam* vocari solet. Alcor. Sur. 16. vers. 121. ان ابرهيم كان امة قانتا الله *Utique fuit Abraham Doctor seu Antistes Deo obediens*. Radix ام notat etiam *Doctorem esse*. Sic in Hist. Tamerl. اقيمت الصلاة وامنا عبد الجبار *preces peractæ sunt*, *fuitque Antistes noster Abdolsjabbarus*. Ita forte עם olim significavit quod hodie Arabibus ام levi mutatione. Sed ut verum fatear levissima hæc est conjectura, neque mihi hic satisfacio. Conjiciebam etiam aliquando conferri posse cum Arab. عميم, quod a Golio exponitur *præstantior & exquisita magis pars hominum*. Sed عميم non notat *hominum præstantissimos*, sed in genere *omnem rem excellentem* notat, nam per خالصة a Lexicogr. Arabum exponitur, idem quod صميم, a quo etiam deductum videtur,

tur, ص & ع pro more mutatis; dicitur quidem de hominibus excellentioribus, sed addito قوم, عمم القوم. Quicquid sit, certum est per עם hic intelligendos esse homines doctrina & sapientia illustriores, ita ut iis mortuis una pereat omnis sapientia.

CAP. XIII.

Vers. 12.

ל comparationi inservit ex Arabismo; uti apud Kessæum de incolis terræ septimæ juxta traditiones gentis suæ, لهم مخالب كمخالب السباع *ungues sunt iis, ut ungues ferarum.*

CAP. XIV.

Vers. 7. *Spes est de arbore, si succidatur* ועוד יחליף.

UT *rursus pullulet* aut *virescat*, quomodo ex Arabismo vertendum esse alibi demonstravi. Nunc addo חלף pro *virescere* etiam sumi Psalm. 90: 4, 5. & Esaj. 9: 9. ubi etiam liquet proprie dici de arbore, quum excisa iterum revirescit & nova germina emittit,

tit, quam significationem ex Arabica lingua adducebamus.

Vers. 15.

Vocabis me, & ego respondebo tibi למעשה ידיך תכסף *ab opere manuum tuarum averruncabis* omne malum. Ita verti posse moneo ex Arabismo; nulla tamen est ratio, quare receptam significationem hic rejiciamus. كشف Arabice *detegere* notat, & dein eleganti metaph. *averruncare*, quod in Lex. Golii notatum non est. Alcor. Sur. 6: 17. *Si Deus te malo affecerit* فلا كاشف له الا هو *non est qui illud averruncet nisi ipse*. Sur. 44. 11. ربنا اكشف عنا العذاب. Sic etiam ibid. vers. 14. & multis in locis alibi. Videat philarabs Hist. Tamerl. p. 324. & 368. & Alcor. Sur. 53. 57. & Sur. 7: 131. Ita olim conjiciebam גל in phrasi illa Psal. 119: 22. גל מעלי חרפה ובוז non esse a גלל *devolvere*, sed a גלה *detegere* ac dein *averruncare* de malo, ut Arab, كشف. At nunc aliter sentio propter locum Jos. 5: 9.

Vers. 19.

Lapides comminuunt aquæ השטף ספיחיה עפר ארץ.

ארץ. Id eſt, vertente Hieron. *& alluvione paulatim terra conſumitur.* Hic verus eſt loci iſtius ſenſus. Omnes fere Interpretes ספיחים hic ſumunt pro ſponte e terra natis plantis, quo ſenſu ספיח aliquoties Hebræis uſurpatur: ita autem verba intelligunt. *Pulvis terræ inundat & obruit plantas ex ea ſponte prognatas.* Sic Belgæ noſtri etiam. At quo minus ſententiæ huic acquieſcere poſſim, hæc eſt ratio: quod Jobus docere voluerit quam facile Deo ſit hominem perdere, quod illuſtrat exemplis a rebus in natura maximis petitis, *Montes* ſcil. *cadentes defluunt*, *ſaxa transferuntur de locis ſuis*; *lapides* duriſſimi excavantur & *atteruntur aquis*, jam facile eſt animadvertere exemplum a terræ pulvere plantas tenuiores obruente petitum hic plane non convenire. Expono ספיחים a rad. Arab. سفح *effudit aquam. Effuſiones ejus* aquæ *inundant & alluvione conſumunt ipſam terram.* Certe ספח *effundere* notare liquet etiam ex Eſaj. 5: 7. ubi מספח ſumi debet pro *effuſione* ſanguinis, ut Arab. سفح, unde سفاح *Tyrannus*, effuſor ſanguinis. Addo ספח etiam pro *effundere* ſumi, Hab. 2: 15: *Væ potanti proximum ſuum, qui effundis vel infundis venenum tuum* מכפח חמתך, quod Johan. in Apocal. 18: 3. exprimit ὃς πέπωκας πάντα τὰ ἔθνη ἐκ τοῦ

οἴνου

οἴνȣ ἢ θυμȣ̃ τῆς πορνείας σȣ. Neque versioni huic meæ opponi potest, quod תשטף sit futurum fœmin. gen. & in numero singul. adeoque cum עפר, non cum ספיחיה conjungendum: nam nihil frequentius est in Arabismo quam plurali masculino addere futurum singulare fœmininum. Ita observa in frequentissima illa Alcorani phrasi. Horti تجري من تحتها الانهار *Currit sub iis flumina* انهار est plur. masc. & تجري est fut. sing. fœmin. alia infinita ejusmodi exempla occurrunt, at utilius fuerit idem etiam in Jobo nostro observasse cap. 39: 14. רננים תעזב לארץ ביצה *struthiones relinquit in terra ova sua.* Hic רננים est plur. masc. at תעזב sing. fœm. futuri. Hæc in gratiam minus in Hebraicis peritorum annotare non dubitavi, doctioribus enim nulla hic est difficultas.

CAP. XV.

Vers. 8.

A*N secretum Dei consilium audivisti*, ותהרע אליך חכמה. Varie hæc exponuntur. Vulg. *an inferior te erit sapientia ejus*, Dei. Aben Esra: *an deficit aliquid sapientiæ, ut tui indigeat.* At גרע אל nunquam *indigere*

alicujus notat. Alio pacto etiam exponit. *An eam tecum reputas deficientem*, השים אתה אצלך גריעה. Alii aliter. Optime Belgæ, *Tibi soli omnem attraxisti sapientiam*. Optime dico ex scopo & contextu, licet גרע nusquam *versus se trahere* significet; recte tamen judicarunt signific. detrahendi & imminuendi hic non convenire. Eleganter hanc phrasin illustrare possum ex Arabismo. גרע جرع *deglutire*, *transmittere per guttur* de potu potissimum, *absorbere*, ut in Hist. Tamerl. p. 320. وسقوهم كاس السموم وجرعوا كاس الكروب: *Pocula omnis generis calamitatum eos potarunt & absorbenda dederunt.* Hæc significatio metaphorice accepta eleganter quadrat hoc loco. *An tu omnem haufisti & absorpsisti sapientiam.* Neque insolens hæc phrasis videri debet, nam nec auris Europæa eam abhorret, & Arabibus hic loquendi modus est familiaris. Ita لهوم est *vir sapientia pollens*, a rad. لهم *deglutire* notante. Eadem radix in quarta conjug. *deglutiendum dedit* notat & *inspiravit*, *sapientiam docuit.* لقف etiam *astutus* & *ingenio præditus*, a لقف *deglutire.*

Vers. 10. כביר ימים.

Radix كبر sæpissime ad *grandævitatem* notan-

tandum usurpatur ab Arabibus. اكبر سنا *major annis* Hist. Sar. p. 231. الاخ الكبير apud Abulphar. *frater major* natu. Sic Hebr. גדול verbum כבר كبر pro *grandævum esse* occurrit apud Scholiast. Tograji. Verba sunt: كيف ارضي العيش وقد كبرت والايام قد ولت عني. *Quomodo vita placeret cum senuerim* כברתי *& dies terga vertant.*

Vers. 23.

Novit paratum esse בידו *diem tenebrarum.* Vulg. בידו vertit *in manu ejus.* בידו hic omnino explicandum est ex Arabismo, scil. *ante faciem ejus paratus est dies malus*, Arabice بين يديه idem est quod Hebræis לפניו. Alcor. Sur. 7. vers. 16. *Tunc superveniam iis* من بين ايديهم ومن خلفهم وعن ايمانهم وعن شمايلهم *a fronte & a tergo, a dextra & a sinistra.* Sic semper in Pentat. Erpen. pro Hebr. לפני redditur بين يدي. In Hist. Tamerl. & Abulphar. frequens locutio امتثل بين يديه *obedientem se stitit coram eo.* Hinc explica 1 Sam. 21: 13. *Et insanum se simulavit* בידם *in manibus eorum*, id est, לפניהם *coram ipsis.* Est hic ergo נכון בידו tantundem ac נכון לפניו. Sicut autem Hebr. לפנים sæpissime usurpari solet de rebus præteritis,

ita & Arabicum ببين يديه. Alcor. Sur. 2. 256. يعلم ما بين ايديهم وما خلفهم *Novit præterita eorum & quæ futura iis sunt.*

Verf. 24. מלך עתיד.

Rex paratus ad prælium. Lxx. עתיד vertunt πίπλων: videntur autem עתיר legiſſe. Arab. عثر *cæſpitare, cadere.* Lectio & verſio mala.

Verſ. 25.

Contra omnipotentem יתגבר, quod ex Arabiſmo verto, *ſuperbus eſt.* تجبر ſic etiam infra cap. 36: 9. Sed hæc loca alibi fuſius a me explicata & illuſtrata invenias.

Verſ. 29. מנלם.

Lxx. σκιάν. Vulg. *radicem ſuam.* Quare ſic verterint non eſt facile divinare, nam צלם & אצלם nimium a recepta lectione recedunt. Rabbinici Commentatores vocem hanc per שלמות *perfectionem* exponunt. Radix hic conſtitui poteſt Arabica نال *aſſequi, conſequi,* unde نوال & منال ſeu מנל eſſet *portio* quæ ſignificatio hic non male convenit.

Verſ.

Verſ. 31.

Non ſtabilis erit, *vanitate vaga* ſeu *inſtabili* nixus, vel *ne credat vanitati fallaci*, *nam inſtabilis & fluida eſt vanitas.* תמורה eſt *levitas*, *inſtabilitas*, a rad. מור مار *huc illuc moveri & agitari*, ut de undis maris *fluctuare*, plus enim quandoque מור eſt quam *mutari.* Pſalm. 46: 3. *Non timebimus* בהמיר ארץ *cum terra fluctuabitur*, & huc illuc movetur. Aliud adhuc ſuccurrit, quod magis mihi arridet & ſenſum hujus loci planiorem reddit. מור eſt *mutari*, ut docent Lexica, inde תמורה eſt *mutatio*; *mutatio* autem, ſtylo Arabum, eſt *commercium*, vel etiam *lucrum*. *Mutationem* autem hanc intellige, *mutationem* loci. Ita המיר in Pſalmis uſurpatur. Itaque locum hoc pacto intelligo. *Ne confidat vanitati*, *nam omne quod agit in mundo*, vanitas eſt. Tanta eſt vis *motionis* & *mutationis* apud Arabes. Confer omnino quæ infra ad cap. 29: 18. noto.

CAP. XVI.

Verſ. 4.

ל, quod aliis eſt *utinam*, Lxx. reddunt εἰ *ſi*. Arabice لو eſt *ſi*, atque Hebræis etiam ſignificaſſe patet ex לולא *niſi*, *ſi non*. Sic etiam pro *ſi* ſumitur לו Jud. 8: 19. ubi etiam Lxx. εἰ. Fruſtra ergo eſt Olympiod. cum ſcribit in hunc locum, τὸ εἰ ἀντὶ τοῦ εἴθε.

Verſ. 10. יחד עלי יתמלאון.

Ex Arabiſmo olim verti hunc locum, *pariter in me conſpirant*. Ita enim Arab. تمل ſeu in 6. conj. تمالا apud Arabes uſurpatur. Sic in Hiſt. Tamerl. p. 166. Titulus eſt capitis ذكر ما تمالا عليه النواب *Memoratur*, *quomodo Duces*, qui Halebi *erant*, *conſpiraverint unanimiter contra eum* Tamerlanem. Aliud adhuc ſuccurrit, at quod non æque commodum videtur. מלא ملا *implere* notat & dein *haurire*. Gen. 24: 13. *Filiæ urbis exibant* ان يملاوا الما *ut haurirent aquas*. Deut. 29: 11. حتي لمالي مباهك *uſque ad haurientem aquas tuas* in Pentat. Erpen. pro Hebr. שאב. Sicut autem שאב ſeu pro eo שאף in Me-

Metaph. *persequi* notat, aut *intentum alicujus quærere*: ita etiam מלא, ut Exod. 15: 9. תמלאמו נפשי *hauriet eos anima mea*. Ezech. 26. אמלאה החרבה *hauriam desolatam*. Ita hic, *pariter contra me hauriunt*, anhelant, *ad interitum meum aspirant*. Certe Aben Ezra ad explicat. loci hujus in Jobo citat Exod. 15: 9.

Vers. 11. ירטני.

Radix est ירט, Arabice ورط *præcipitavit, in exitium conjecit*.

Vers. 12. *Tranquillus eram* ויפרפרני.

Et commovit, *agitavit*, *turbavit me*, Arab. فرفر, prout alibi jam explicavi.

Ibid. *Cervicem mihi prehendit* ויפצפצני *&* *confregit me*. Ita recte ab Hieron. versum est. Solet verbum hoc ad פוץ *dispergere*, *spargere* referri ab Interpretibus. Ego potius ad radicem פצץ refero, quæ Arabice *diffringere*, *disrumpere* notat, فض. Sic verbum hoc sumitur etiam Jer. 23: 29. Hab. 3: 6. pro violenta disruptione. Aliud autem esse verbum פוץ & nunquam ad significationem *diffringendi* usurpari facile esset inductione facta demonstrare.

In

In locis etiam citatis ſemper duo צ Tzade apparent, quod originem verbi ad פצץ referendam eſſe ſatiſa rguit.

Ibid. מטרה *ſcopus.* Radicem conſtituo Arab. نظر *videre, ſpeculari.* Sic *σκοπὸς* a *σκοπέω.* Et מחה, quod nonnulli *ſcopum* reddunt Pſal. 107: 30. a חזה deduci poteſt, ut מעון *manſio* ab rad. عنى *habitare*, qua ſignif. verbum ענה occurrere vult Jarchius Hoſ. 2: 15. & Eſaj. 13: 22.

Verſ. 13. יסבו עלי רביו.

Circumdedit me lanceis ſuis, Vulg. non ſatis bene. Melius LXX. *ἐκύκλωσάν με λόγχαις βάλλοντες.* Recte hic יסבו a סבב exponi poſſe fateor. Judicandum tamen eruditis propono, an non סבב aliam adhuc habet ſignificationem, quam Arabes retinuerunt; *transfigere* ſcil. *& vulneribus conficere*, in radice سبب. Certe ea loco huic optime convenit, at in Pſal. 118: 10, 11. fere neceſſaria videtur, ibi enim verbum סבב in una periodo quater cumulatur, verſ. 10. סבוני, verſ. 11. סבוני גם סבבוני, & verſ. 12. adhuc ſemel סבוני. Idem etiam poſtulare videtur Pſal. 109: 3. *Verba odii* סבבוני *pungunt, vulnerant me*, prout ſæpiſſime etiam verbum hoc ab Arabibus pro *convitiari, obtrecta-*

trectationibus vulnerare, usurpatur. Verba *lædere* dicuntur & *pungere* aliquem, non *circumdare*. Posset tamen hic Psal. ita verti, *verbis odii circumdederunt me*.

Ibid. Nota radicem nominis כליות mihi videri eandem cum voce כלאים *Cilaïm*, Arabicum scil. & Æthiop. كلا כלא *ambo*, *duo*. Renes enim bipartiti sunt. Unde in Lege שתי כליות.

Vers. 14. ירץ עלי כגבור.

Lxx. ἔδραμον πρός μὲ δυνάμενοι. Quod aliquantulum ab hodierna lectione recedit. Vulg. *Irruit in me quasi gigas*. גבור sæpissime Chaldæis, Syris, & Arabibus usurpatur pro *gigante*, at in sacro textu non memini ita usurpari; dicitur quidem de *Nephilim*, quod fuerint גברים. Sed hoc impietatem eorum & superbiam erga Deum & homines arguit. Aliis Interpretibus גבור hic notat *bellatorem*. Cl. Boötio, ni fallor, hic est *Athleta*. Atque ita omnes fere τὸ גבור ad Deum referunt, violente in Jobum irruentem. Forte non male ita verti posset, *Irruit in me tanquam in impium*. גבור enim Hebræorum & جبار Arabum sæpius hoc sensu sumi, pro *superbo* & *impio* luculenter alibi demonstro, quæ hic repetere non vacat.

Vers.

Verſ. 15. *Saccum conſui ſuper cutem meam.* ועללתי בעפר קרני.

Quæ verba obſcuriora ſunt & crucem figunt Interpretibus. Vulg. *Operui cinere carnem meam.* Ubi omnino *carnem meam* mutandum eſſe in *cornu meum* puto; error autem videtur ortus ex ignorantia librarii, qui ſtylo S. Scripturæ non ſatis aſſuetus abſurdum putabat cornu Jobo tribui. עללתי. vertit *operui* ex ſenſu, non vera vocis ſignificatione. Rabbini duo R. Levi & Ab. Eſra male verbum hoc explicant ex עלה, & עללתי declarant per העליתי. Valde enim differunt radices עלה & עלל. R. Salomon verbum exponit לכלכתי *ſordibus inquinavi*, atque ad eam ſignif. probandam citat Jud. 19: 25. ויתעוללו בה, ubi obiter nota Rabbinum, ut hypotheſi inſerviat, a recepta punctuatione etiam recedere, & Thren. 3: 51. עיני עוללה לנפשי, atque inde deducit nomen infantis עולל, quod ſordibus ſe inquinet. At in priori loco verbum non *inquinare* notat, ſed *ludere*, quod ad τὰ ἀφροδίσια notandum honeſte transferri alibi doceo. In loco Thren. ſignif. a Rashio poſita male quadrat. Denique infantis עולל originationem reprobat uſus hujus vocis, nam pro adultioribus

bus paululum solet sumi, uti ex 1 Sam. 15:3. & Joel. 2: 16. liquet. Duplex hic mihi succurrit explicatio. Prima ex Arabismo; radix עלל عل Arabibus notat *debilem*, *fractum esse viribus*, unde عليل *debilis*, *languidus*, quod etiam apud Maimon. in More Nevoch. invenias; ut cap. ult. part. 1. רעת עלול *scientia infirma*. اعل in quarta conjug. *debilitavit*, etiam *morbo*, *plagis affecit* Deus. Octava conjug. اعتل *debilis & ægrotus fuit*. علة & نعلة *morbus*, *plagæ*, quæ corpus debilitant & frangunt. Hæc significatio nemo non videt quam apprime hic quadret. *Cornu meum*, id est, *robur*, *vires*, *debilitavi in pulverem*. Significationem hanc radici עלל tribuere, omnino postulare videtur locus Esaj. 66: 4. quia alias explicari nequit. Deus ibi rebellibus Judæis, Christo vocanti non respondentibus, pœnam intimat his verbis. *Etiam ego* אבחר בתעלוליהם *& id quod reformidant adducam super eos.* Verba illa אבחר בתעלוליהם verto, *Eligam plagas eorum*, quam esse signif. vocis نعلة modo citavi. Alias תַּעֲלוּלִים *facinora* notat, ab altera verbi עלל signif. quam hic convenire non posse clarissimum est. Neque melius quadrat sensus, quem Lxx. & Vulg. dant, *Eligam illusiones* ἐμπαίγματα *eorum*, ex tertia verbi עלל notione, quæ est *ludere*. Porro verbum עולל

hac

hac significatione etiam sumi Thren. 3: 51. עיני עוללה לנפשי *Oculus meus*, id est, miseria popularium, quam oculis contueor, *agritudine afficit animam*, quem sensum loco huic etiam tribuunt Belgæ nostri. Mijn oge doet mijn ziele [MOEYTE] aan. Eadem significatio obtinet Thren. 1: 12. *An est plaga sicut plaga mea*, *quam* עולל *inflixit mihi*. Et vers. 22. *Veniat omne malum eorum coram te*, & עולל *plagas incute ipsis*, sicut עוללת *plagis me affecisti propter omnia peccata mea*. Et cap. 2: 20. *Vide & respice* למי עוללת כה *quem ita plagis affecisti*. Denique hæc significatio mire etiam quadrat locis Exod. 10: 2. & 1 Sam. 6: 6. ubi agitur de plagis, quas Deus Ægyptiis inflixit. Altera hujus loci explicatio, quam daturum me dixi, hæc est. Docetur in Lexicis עולל esse *fecit*, *operatus est*, quam significationem, licet pleraque huc male trahantur, non rejicio propter derivata, quæ *operationem* innuunt; hinc explicare possem ut Belgæ nostri. *Feci in pulvere cornu meum*, id est, gloriam meam in pulvere *deposui*, sic جعل Arab. *fecit* etiam pro *deponere* sæpissime in usu est, quorsum memini Cl. Capello referre נגעל, quod exstat. 2 Sam. 1. At hæc interpretatio subsistere non potest, & ultro corruit, si attendatur עלל de *hominum* actionibus

nibus ſemper ad vitium & pravas actiones tantummodo referri, licet de Deo ſplendide ac in laude, quod facile eſſet inductis exemplis demonſtrare.

Verſ. 16. *Facies meæ* חמרמרה *ex fletu.*

Vulg. *intumuit.* Lxx. *συγκέκαυται*, reſpicientes ad radicem כמר, vel ad ſignif. qua verbum חמר poſtea in Thalm. fuit uſitatum, quod etiam vult Raſi, qui per נקמטו *corrugatæ ſunt.* Alii *lutulentæ*, *ſqualidæ ſunt.* Sic R. Levi & fere recentiores Interpretes. Aben Eſra Arabiſmum huc advocat, בלשון קדר התארמו מרוב החום *Lingua Kedarena*, id eſt, Arabica, (neſcio cur Clar. Buxtorfius intelligit Turcicam: nam ea toto cœlo diverſa eſt) *rubeſcunt ex nimio æſtu.* Certe fletu & lachrymis faciem rubeſcere nemo eſt qui ignorat. Arabice حمر *rubuit*, quam ſignificationem habuiſſe verbum חמר apud Hebræos patet ex derivatis. חמר *vinum* rubrum in Oriente præcipuum. Vid. Kimch. in Libr. Rad. חמור *aſinus*, quia in Oriente plerumque rubri. Vid. Boch. חמר *bitumen*, quia rubet, ut docet Dioſcorid. יחמור *capreæ rubræ* ſpecies Bocharto.

Verſ. 21. **ויוכח לגבר עם אלוה.**

Varie hæc verba ſolent reddi: difficultatem peperit uſus ל Lamed non animadverſus. Hieron. *judicaretur vir*. Quæ verſio ſtare poſſet, ſi יוכח paſſive ſumptum eſſet. Varias Interpretum verſiones hic non cumulabo. Mihi ל ante גבר hic redundat. Hoc frequentiſſimum eſt Arabibus. Alcor. Sur. 40. 61. ان الساعة لآتية pro آتية. Sur. 26. 54, 55. ان هولاء لشرذمة قليلون : وانهم لنا لغايظون *Utique hi ſunt turba ignobilis, qui nos ad iram provocant*. Bis in his verbis ل redundat. Plura exempla huc congerere non opus eſt, cuilibet enim Alcoranum inſpicienti luculentiſſima utraque fere pagina occurrent. Eundem uſum obſerva 2 Reg. 7: 2. & 2 Sam. 16: 2. Locum noſtrum ita verto: *Utinam diſceptare poſſet vir cum Deo, ſicut homo cum proximo ſuo.* Ex hoc pleonaſmo ל explico phraſin inſignem לאל יד, quæ occurrit Gen. 31: 29. Prov. 3: 2. & Mich. 2: 1. Buxtorfius cum aliis deducit ab nomine Divino אל, quod conjunctum cum יד explicant per *robur* aut *potentiam*. At egregie illud pro more impugnat Vir Celeb. Jac. Goff. in Comm. Ling. Hebr. ubi etiam ſubjungit: "Præſtaret confugere ad præ„ poſitionem quaſi hic pleonaſticam, ut 1 Sam.

21:

„ 21:4. aliter tamen collocatam: sed & hoc „ prohibet punctuatio, quæ nunquam in præ- „ positione אל fit per Tzere.„ At quibus placita Grammatices tanti non sunt, ii facile sibi persuadebunt אל hic esse præpositionem, ubi animadverterint אל eodem modo cum ل pleonastico apud Arabes in usu esse. Alcor. Sur. 3. vers. 152. لالي الله تحشرون *Ad Deum congregabimini.* לאל لالي pro אל الي. Illustratur hoc amplius quod eodem modo ל Lamed ante מן etiam redundet. 2 Reg. 19: 25. למימי קדם & למרחוק pro מרחוק & מימי קדם. Sic Jer. 7: 7. למן עולם pro מן עולם. Atque hic etiam usus apud Arabes est frequentissimus. Alcor. Sur. 26. 41. انكم اذا لمن المقربون *Utique vos tunc eritis ex honoratissimis.* Sic sæpe alibi. Eodem modo dicunt etiam لفي pro في, ut in Alcor. Sur. 54.24. انا اذا لفي ضلال وسعر *Nos utique tunc in errore & tormentis erimus.*

CAP. XVII.

Vers. 1. רוחי חבלה.

S*Piritus meus corruptus est*, vel *mens mea depravata est*. Verbum חבל in Hebraismo ad destructionem & corruptionem referri tan-

tum invenias, non autem ad mentis depravationem. Id Arabibus potissimum in usu est. Arabice הבל خبل *mente captus fuit*, خبل *alienatio mentis*, talis maxime quæ accidere solet dæmoniacis & vehementissimis plagis laborantibus. Quam egregie huic loco quadrans hic usus.

Vers. 2. בהמרותם.

Pernoctat oculus meus, Vulg. a rad. מרר, *in amaritudinibus*. המרה *rebellare* Hebræis notat. At Arabibus *discertare*, *contendere litigando* ممارى & تمارى in Hist. Tamerl. quæ signif. huic loco melius convenit. Obiter notabo ad rad. מרה *rebellare* referri solere, qua si esset anomalum אַל תַּמֵּר בּוֹ. Punctuatio hæc omnino requirit radicem נמר. Cl. Goss. in Comm. Ling. Hebr. hæc ait: „ Si quam novam radicem excogitare auderem, ponerem נמר, quæ analogice daret „ illam תַּמֵּר formam in futuro. Etiam eam „ fulcirem allegando נמר *pardum* tanquam „ ejus derivatum, & observando ferocitatem „ pardi, ex qua inferrem proprietatem radicis illius suppositæ נמר esse *ferocire*. „ Hæc mihi docte valde & ingeniose dicta multum arrident, & sententiam Viri Docti ex

Ara-

Arabiſmo, ubi נמר *ferocire* notat ſæpe, aliquatenus confirmo. Et valde credibile eſt *pardum* נמר inde nomen traxiſſe, licet Bocharto placeat, ei nomen a variis maculis, quæ Arabice نمرة dicuntur, inditum eſſe. Ultimum verbum in hoc Jobi loco עיני a Lxx. redditur ἀλλότριοι, cujus verſionis ratio patebit ex Arabiſmo, ſi levi mutatione pro עיני legatur עירי, Arab. غيري *diverſi a me, alieni.* Et tunc עיר eſt Adverbium; ut nomen ſumptum, Arabibus notat *alienationem* & *mutationem* mentis ex affectibus, ut timore, invidia, ſimilibuſve; ſic غيرة pro Hebr. קנאה invenias Num. 5: 14. in Pentat. Erp. Hac ſignificatione עיר occurrit apud Jerem. cap. 15:8. הפלתי עליה פתאם ־עיר ובהלות. Dici non poteſt in quantas anguſtias hic redacti ſint Interpretes, quibus hic Arabiſmus ignotus fuit. Vulg. *miſi ſuper civitates repente terrorem*, quam verſionem violentam eſſe, nec ferri poſſe facile vident qui Hebraice norunt. Belgæ noſtri ita ſenſum reddere conantur: Ik heb [HEM] haaſtelik haar doen overvallen / de Stad / met verſchrikkingen. At præterquam quod ſenſum illum liquidum non eſſe pateat, in Hebræo debuiſſet ſcribi עיר בבהלות, ſi verſio hæc locum haberet. Aliis עיר hic eſt *vigil*, quod ſenſum meliorem non efficit, aliis *hoſtis*, nullo

talis significationis vestigio. Quam facilis est & liquidus sensus, si עיר hic sumamus significatione, quam ex Arabismo protuli, *alienatio mentis. Et immittam in eam* Hierosolymas *subito alienationem mentis & terrores*, ὑπὲρ ἓν διὰ δυοῖν Scripturæ familiarem, pro *alienatione mentis ex terrore orta*.

Vers. 4. *Cor eorum abscondisti a sapientia* לבם צפנת משכל.

Hoc dictum volunt eruditi per σύγχυσιν, pro *Abscondisti sapientiam a corde eorum*. Mira certe est phrasis *abscondere cor a sapientia*, non tamen ad σύγχυσιν statuendam inclinare possum. Ad illustrationem locutionis hæc do. חתם seu ختم notat *sigillare*, *sigillo obsignare*, & dein in Metaph. *abscondere*, quomodo ab Hebræis & Arabibus usurpari alibi ostendi. Est autem phrasis Arabibus familiarissima, *sigillo claudere cor*, pro *indurare*, vel *efficere quo minus sapiat*. Ita in Alcorano Sur. 2. vers. 6. ختم الله علي قلوبهم *signaculo claudit Deus cor eorum*. Idem observa in طبع *signare*, unde Hebr. טבעה. Alcor. Sur. 40. 37. يطبع الله علي كل قلب متكبر جبار *Obsignat Deus cor omnis superbi & impii*, id est, efficit quo minus sapiant & rectam insistant

ſiſtant viam. Videamus jam quomodo eadem fere ratione צפן לב poſſit dici. צפן primo notat *abſcondere*, quod ſatis notum eſt Secundo eleganter uſurpatur pro *recondere inſtar theſauri*, ut Pſal. 119: 11. *In corde meo* צפנתי *verbum tuum.* צפנתי non utique hic eſt *abſcondidi*, quaſi verba Dei in corde ſuo exſtinguere voluiſſet, ſed *recondidi inſtar theſauri.* Sic Pſal. 31: 20. *Quam grande eſt bonum tuum, quod* צפנת *inſtar theſauri repoſuiſti timentibus te.* Quum autem certiſſimum ſit pretioſos theſauros ſigillo obſignari ſolitos fuiſſe, uti ſignificatio ſecunda verbi חתם, quæ eſt *recondere*, a prima illa *ſigillandi* deducta manifeſto arguit, quid ni in hac phraſi noſtra ſtatuamus צפן eſſe *claudere ſignaculo* quaſi, neque objicias fruſtra a me ſignificationem illam excogitari & adjici, nam fundata eſt conjectura mea ſtylo ſacri textus. Hoſ. 13: 12. צרור עון אפרים צפונה חטאתו *iniquitas Ephraimi colligata eſt*, &c. Ubi צרר ad *repoſitionem* theſauri & ejuſdem quaſi *obſignationem* referri debere patet ex Job. 14: 17. חתם בצרור פשעי. Ubi manifeſto patet צרור ad obſignationem, quæ ſigillo fit, referri. Huic autem ſynonymum ſubjungitur צפונה. Hæc etiam docte annotata reperias a Belgis noſtris in locum Hoſeæ citatum. Exemplo etiam hoc illu-

ſtrari amplius poteſt. Accidit enim ut & alia ſignificatio verbo huic ex conſilio agentis ſuperaddi debeat, ſcil. ſign. *inſidiandi*, ut verbum hoc צפן *abſcondere ſe ad inſidiandum* exponi debeat. Res clara fiet ex Pſal. 10: 8. לחלכה יצפנו *abſcondunt ſe ad inſidiandum pauperi*, uti omnes Interpretes recte hunc locum capiunt. Idem obſervabis apud Salom. in Prov. cap. 1. verſ. 11, 18. Nil impedit ergo quo minus צפן ſtatuamus ſignificare *claudere ſignaculo*, atque hac ratione vides quam belle conveniat hæc locutio cum iis, quas ſupra ex Alcorano citabam. *Claudis ſignaculo* quaſi *cor eorum*, משכל *ne intelligant*. Alterum hujus verſic. colon ita habet, על כן לא תרומם, quod verti poteſt, *ideo non exaltas*, ſupple *eos*, ut Chald. & Aben Ezra fecerunt. Poteſt etiam verti hoc pacto ex Arabiſmo, *ideo non appetis eos*, & tunc phraſis & ſenſus idem eſſet qui capitis 14: 15. ſecundum pleroſque Interpretes. Certe רום etiam aliquando, licet rarius, *appetere*, *deſiderare* notaſſe liquet ex Jeſaj. 30: 18. לכן יחכה יהוה לחננכם ולכן ירום לרחמכם. Eſt verbum conſolationis Eccleſiæ ad incitas redactæ verſ. præced. tamen, quod patet ex particula ולכן *Sed tamen*. Itaque locum hunc plane alio modo, quam hactenus Interpretes, vertendum puto.

Atta-

Attamen præstolabitur Jehova ut vobis gratiam det, ירום *desiderabit*, *expetet ut vestrum misereatur*. Hieron. ירום vertit *exaltabitur*. Sic Lxx. ὑψωθήσεται τ͂ ἐλεῆσαι ὑμᾶς. Belgæ nostri *exaltabitur* etiam scil. addunt judiciis erga te: ac facile est videre, sensum non æque facilem esse & cohærere quam in versione nostra. R. Salomon *exaltandi* significationem hic etiam rejecit, & ex adjuncto verbo יחכה *præstolabitur*, explicavit, *morabitur* יתרחק, quasi hic esset sensus, calamitatem & pœnam aliquamdiu Ecclesiæ incubituras, nec Deum cito eas ablaturum esse. Quod non video quomodo ad consolationem facere possit. Neque pro R. Salomone hic facit verbum חכה, quod *exspectare* notat, nam proprie hæc vox notat *exspectationem*, quæ cum *desiderio* conjuncta it, quod Belgice diceretur verlangen. *Anima mea* חכתה *Dominum exspectat cum desiderio* in Psalmis, sic etiam statim in fine hujus versic. *Beati omnes* חוכי *exspectantes*, id est, desiderantes eum, & ita fere perpetuo *desiderium* sub verbo hoc comprehendi facile esset inductione exemplorum demonstrare. Vides etiam hoc pacto quomodo חכה & רום sint synonyma. Arabibus روم ea significatione, qua dixi, familiarissimum est. Hinc in Hist. Tamerl. eleganti paronomasia legitur pag. 230.

 ومرح

وصرح بما يروم من بلاد الروم
& aperte exposuit, quid expetebat de regionibus Romaniæ. Sic etiam pag. 139.

Vers. 6. *Posuit me in parabolam gentibus*, ותפת לפנים אהיה.

Et Tophet coram sum. Notissimum est nomen loci *Tophet*, at eam hic non convenire recte judicant Interpretes. Hier. vertit *exemplum* ex sensu. Eodem modo Lxx. γέλως reddunt. Plurimis placet *tympanisatio*, a תף Tof *tympanum.* Mihi videtur esse Arabicum *Tuffet*, a rad. تف, quod est *detestari*, *abominari* dicendo *Tuffan Tuffan* تفا تفا *Phy Phy.* לפנים hic verto *a multo tempore*, uti vox usurpatur 1 Sam. 9: 9. & alibi. Chaldæus locum intelligit, גהינם *Gehenna seu Gehinnom fui*, sensu satis incommodo.

Vers. 8. נקי על חנף יתערר.

Hieron. vertit, *innocens contra hypocritam suscitabitur.* Melius *suscitabit se.* Non male hoc verbum per *excitare se* exponi puto, tamen judicandum propono, annon hic verti potius debeat, *innocens zelotypus est contra hypocritam.* Nam derivatum עיר alterationem mentis

mentis esse, quæ ex affectibus oritur, supra ad vers. hujus cap. 2. ostendi. Arabes autem illud maxime zelotypiæ applicant, ut ibidem monui potissimum Hebr. קנא respondere. Eodem autem modo quo Hebræum קנא in bonam aut malam sumi debet partem ex loci circumstantiis.

Vers. 12. אור קרוב מפני חשך.

Phrasis est difficilis intellectu. Vulg. *post tenebras spero lucem*; non satis recte. Hæc locutio si quæ ulla Arabismum redolet, nec absque subsidio linguæ Arabicæ intelligi potest. Sensus verborum hic est: *Lux brevis est propter tenebras*; eundem sensum dant Belgæ nostri. Het licht is naby [DEN ONDERGANG] van wegen de duisternisse. At ego illud supplementum non admitto; neque eo opus est. אור קרוב ex Arabismo est *lux brevis est*, ut اجل قريب est *spatium breve* in Alcor. Sur. 63. 10. اقرب وقت *brevissimum tempus* in Hist. Sarac. & مدة قريبة *spatium brevissimum* apud Abulphar. Hist. Dyn. pag. 356. in text. Arab. & pag. 99. ejusdem Auctoris, & طريق قريب *via brevis* in Hist. Tamerl. Quibus exemplis liquido constat קרוב seu قريب sæpe *breve* apud Arabes notare. Atque ita etiam

קרוב

קרוב sumitur infra cap. 20: 5. *Gaudium impiorum* מקרוב *a propinquo*, id est, *breve est*. Idem quod עדי רגע *ad momentum* in posteriori hemistichio.

Vers. 15. *Ubi est* תקותי & תקותי.

Quis videbit eam? Supra ad cap. 4: 6. monui תקוה *spem* notare, & *timorem Dei* etiam, ex Arabismo, si tantum *spes* esset, vana posset videri repetitio. Nihil tamen definio. Addi potest vers. sequens, ubi תקוה suum & תקוה *in sepulcrum descensuras esse* ait, ergo diversæ res sunt, loquitur enim de duobus.

Vers. 16.

Ita verto: *Ad sepulcrum descendent*, spes mea & pietas mea, *utique tantummodo in sepulcro erit requies* mea. עפר *pulvis* & *terra*, ut Arabicum عض pro *sepulcro* hic sumitur. Id frequentissimum est in Arabismo: ארץ *terra* ارض Arabibus etiam est *sepulcrum*. Alcor. Sur. 23. 114. كم لبثتم في الارض *Quamdiu moram traxistis in sepulcro*, pro quo alibi in Corano est في القبر .בקבר. تربة Arab. est *terra*, unde Belg. *türf*; illud etiam sæpissime ad *sepulcra* denotandum transfertur, quin

quin etiam *augusta ædificia* & *Mausolea*, quibus Principum corpora conduntur, aliquanto longius a prima significatione recedens. ثري theran est *terra*, illud in Hist. Tamerl. pro *sepulcro* usurpatur pag. 322. امسوا رميما في الثري, id est, *putrescunt in sepulcro*, & eodem loco سكنوا الثري *habitant terram*, id est, *decumbunt in sepulcro*, eodem modo sepultos Esajas שכני עפר vocavit Esaj. 26: 19. Porro ثري in Pentat. Erpen. Arab. respondet Hebr. שאול Gen. 37. Persicum etiam خاك *terra* pro *sepulcro* invenias. Ita apud Sadi in Gulistan pag. 124.

اركسي خاك مرده باز كند
نشناسد توانكر از درويش

Si quis terram, id est, sepulcrum mortuorum everterit,
Non noscet divitem a paupere.

Alibi plura notabo.

CAP. XVIII.

Vers. 2. *Quousque finem imponetis verbis*, תכינו ואחר נדבר.

VUlg. *Intelligite prius & sic loquemur*, quæ cum antecedentibus non cohærent. Re-

Rectius Lxx. ex ſenſu ἐπίσχες *deſine* loqui. Belgæ noſtri, *Attendite.* In Arabiſmo duæ ſuccurrunt ſignificationes, quæ loco huic conveniunt, & ſenſum plenum & commodum reddunt. Prima eſt, quod verbum ببن in Maruphidis Lexico Arabico-Perſico exponatur Perſ. درنگ كر دن *moram trahere*, unde talis eſſet ſenſus, *quouſque moram trahetis in dicendo, ut nos poſtea loquamur.* Secundo verbum ببن in eodem Lexico Perſ. exponitur per بجاي اوردن *in locum adducere*, id eſt, *perficere* & *abſolvere*, nam *rem finire* & *abſolvere* Perſica phraſi diceres جبزيرا بجاي اوردن *rem in locum adducere.* Hanc ſignificationem præfero. *Quouſque finem imponetis verbis, abſolvetis & finietis, ut & nos loquamur.* Vis verbi בין eadem hoc loco eſt quæ verbi Belgici 'er uit ſcheiden. Quorſum reſpicio norunt Arabice docti.

Verſ. 4.

Bildad ad Jobum converſus eum ita alloquitur. טרף נפשו באפו *O tu qui animam tuam in ira tua diſcerpis.* In Hebræo eſt *animam ſuam in ira ſua* in ſecunda perſona pro tertia. Apud Hebræos non ita frequenter invenias, at

at apud Arabes ubique ſere. Exemplum unum ſufficiat ex Hanræo ſummo Oratore, qui uno orationis halitu ter hunc tropum uſurpavit. Ita ille in Conſeſſu Sananenſi : ايها السادر في غلوايه السادل ثرب خيلايه الجانع الي خزعبلاته *O tu qui attonitus in faſtu tuo, qui laxas veſtem arrogantiæ tuæ, & qui inclinas ad ineptias tuas*, in Arabico proprie eſt, *ſuo*, *ſuæ*, *ſuas*, in tertia perſona loco ſecundæ. Arabibus, ut dixi, figura hæc familiariſſima eſt, & in Alcor. etiam ſæpe occurrit, at non memini in ſacro textu locum eſſe huic ſimilem. Perſonarum fit mutatio aliquoties; ſed de plane ſimili phraſi loquor.

Ibid. Verſ. 4. תֵּעָזֵב אֶרֶץ. Vulgat. *derelinquetur terra.* Significantius οἱ Lxx. ἀοίκητος ἡ ὑπ᾽ οὐρανὸν. ארץ iis ſæpe vertitur ἡ ὑπ᾽ οὐρανὸν, forſan reſpectu habito ad originem vocis, ab أرض *infimum & depreſſum eſſe*, de quo dudum monuerunt Docti. תעזב reddunt *inhabitata erit*; Arabice dicitur عزبت الارض, *inhabitata & incolis deſtituta fuit terra.*

Verſ. 5. שְׁבִיב.

Ignis ejus non lucebit. Solet שביב *ſcintilla* exponi. Rectius puto cum Vulg. eſſe *flammam.*

mam. Arabice شب eſt *adolevit ignem*, *accendit flammas.*

Verſ. 8. שבכה.

Aben Ezra: בלשון קדר כמו רשת *in Lingua Arabica idem ac* רשת *rete*. Sic & R. Levi: שבכה רשת. Nec aliter Jarchius. Arab. שבכה شبكة *rete.*

Verſ. 10. חבלו.

Abſconditus in terra. Solet חבל ab Hebræis pro *fune* uſurpari, unde Belg. *kabel*, ſic hoc loco etiam ſumunt Interpretes. Belgæ noſtri **ſijn touw.** Rectius cum Vulg. verteres *pedicam* aut *laqueum*. Arabice חבל uſitatiſſime *rete* notat. Inde eſt octava conjug. verbi חבל احتبل *reti venari.* حابل *venator retia tendens.* احبول & احبولة in Hiſt. Tamerl. *rete.* حبالة idem: unde حبايل الشيطان *retia Satanæ* vocantur fœminæ in Hiſt. Tamerl. ab Arabsjade. Hoc Auctor ille abſtruſus ex Sunna petiiſſe videtur. Docet enim Keſſæus traditionum Mahomedanarum ſcriptor non indiligens, quod cum Deus Diabolum hominis invidia flagrantem ex paradiſo ejeciſſet, Diabolus Deum rogaverit, quo inſtrumento maxime

xime homines a via ſalutis abduceret & caperet; Deum autem reſpondiſſe, *fœminis*. Confer etiam Salomonis dicta, quæ exſtant Eccleſ. 7: 26.

CAP. XIX.

Verſ. 3. תהכרו.

VOx obſcura & *ἅπαξ λεγομένη*. Lxx. *ἐπίκεισθε*. Vulg. *opprimentes*, ex ſenſu. Non facile eſt veram verbi notionem definire. Kimchi ex Arabiſmo ſignificationem petit: כתב רבי יונה כי הוא דומה ללשון הערב שאומר בו על התמיהה הגדולה הכר *Scripſit R. Jona, convenire verbum cum lingua Arabum, in qua de magno ſtupore dicunt Hecer.* Verba ſunt Kimchii in Libr. Rad. Certe הכר هكر Arabibus ea ſignificatione venit, & dicitur præſertim de maximo & vehementiſſimo ſtupore. Itaque hunc locum ita vertere liceret: *Nonne erubeſcitis, quod me ad ſtuporem redigatis?* Quæ cum prima hujus verſ. pericopa apte cohærent. Interim moneo Kimchium adhuc aliam expoſitionem ex Arabiſmo proferre, & patrem ſe docuiſſe ait הכר apud Arabes eſſe עזות פנים *impudentiam*, quam tamen ſignificationem uſitatam non reperi,

E nisi

nisi huc trahas quod significationes verbi عجب, in quo φιλαυτία adeoque *impudentia* continetur, huic verbo fere communes sint. Unde apud Esajam הכרת פניהם est φιλαυτία, quam facie præferunt, qua sibi in peccatis placent & tanquam egregie facta admirantur.

Vers. 6.

Scitote nunc quod Deus עותני, ὁ ταράξας secundum LXX. Notat Schol. alios vertere ἔπληξέν με *percussit me*, quod ex Origene desumptum, qui ita scribit, ὁ Ἑβραῖος ἔπληξεν ἔχει. At illa signif. hodie in verbo Hebr. nota non est. Arabice verbum עות عاث est πλήσσειν *percutere*, *ictus infligere*, & dicitur de homine grassante & noxam inferente, unde sæpe in Hist. Tamerl. legas عايثين عابثين *πλήκται & grassantes.*

Vers. 17. וחנותי לבני בטני.

Amore τῆς στοργῆς feror erga filios ventris mei. Arab. حن est amor parentum erga filios, στοργή. *Deprecandi* significatio, quam hic admittunt Interpretes, non nisi in Hithpah. nota est.

Vers.

Verſ. 18. *Infantes ſpernunt me*, אקומה.

Obloquuntur mihi. Surgendi ſignificatio hic non ſatisfacit, & aliquid ſubintelligendum eſſe quilibet animadvertit. Arabice قوم eſt *ſurgere ad corrigendum*, *corrigere*, تقويم *correctio* in Abulphar. *Si corrigo eos obloquuntur.*

Verſ. 20. בעורי ובבשרי דבקה עצמי.

Cuti meæ & carni meæ adhæret os meum. Ita verba videntur ſonare; בשר enim ſæpius *carnem* notat, at cui mirum hoc & inſolitum oſſa carni hærere, aut quis inde emaciatum Jobi corpus judicaret. Arabice בשר ة بشر vel بشر etiam eſt corporis humani cutis exterior, ut interior ادمة audit, ab ادم *homo*, ſicut ة بشر a بشر, quod *hominem* notare etiam in hoc libro ſupra notavi. Reſpondent Græcorum δέρμα *interior* & ἐπιδερμὶς *exterior & aſpera cutis*. Sume ergo hic עור pro *interiore cuti* & בשר pro *exteriore*, & videbis quam emphatice corporis attenuatio indicetur. Eodem modo explica Pſal. 102: 6. דבקה עצמי לבשרי *Os cutibus hæret*, non *carni*.

Ibid. אתמלטה Symmach. vertit ἐξέτιλλον *evulſi*, Arabice ملط id notat; confer Hebr. מרט.

CAP. XX.

Verſ. 2. *Cogitationes meæ ob id ipſum ad reſpondendum excitant me*, ובעבור חושי בי.

VUlg. *mens in diverſa rapitur*, quæ cum Hebræo non conveniunt. Alii, *feſtinare meum in me eſt*, ſenſu non ſatis plano ac commodo. Rationem enim reddit Zophar quare Jobo reſpondeat, poſtquam enim Job judicium Dei futurum amicis ſuis oculis objecit, Zophar ita excipit: *Ob id ipſum cogitationes meæ ad reſpondendum excitant*, ne Deus ſilentium ad talia dicta damnet in me, *ſcil. propter* חושי, *quæ in me eſt*, reſpondere cogor. Hic utique *feſtinatio* non convenit, *propter feſtinationem quæ in me eſt* reſpondere cogor, quæ verba nullum habent ſenſum. Ego ita vertendum puto: *Propter inquietudinem meam quæ in me eſt*, id eſt, propter timorem illum, quem tu mihi de judiciis Dei injicis, non poſſum non reſpondere. Arabice حاش eſt *expavit*, *territus fuit*, & per فزع ab Lexicographis Arabum declaratur, quod *terrorem & inquietudinem concipere*. Oſtendam autem quomodo hæc ſignificatio, quam ex Arabiſmo profero, ſecundum genuinum Ebraiſmum in verbo

verbo חוש debeat contineri. Ut omnibus notiſſimum eſt, verbum חוש notat *accelerare*, neque, id hic probandum, nam apud Lexicogr. in confeſſo eſt; eam ſignificationem Arabes in verbo حاش etiam receperunt, nam & iis *properare* notat. Obſervo autem verba illa, quæ apud Hebræos *accelerare* notant, in ſecunda ſignificatione transferri ad animi *confuſionem* & *perturbationem* notandam, præſertim quæ ex metu & terrore oritur. Exempla dabo in בהל & מהר. בהל nemo ignorat quod ſit *feſtinare*, inde ſecundo ſæpius notat *turbare*, נבהל *perturbari* ex metu, בהלה *terror*. Idem obſervabis in מהר, quod etiam primario *feſtinare* notat; inde ad *confuſionem* animi denotandam transfertur: Eſaj. 32: 4. נמהרים ſunt *confuſi*, *perturbati* mente, כסילים *ſtulti* exponentibus Ab. Ezra & R. Kimchio. Vid. etiam Job. 5: 13. Et 1 Sam. 28: 20. etiam ita explicari debere mihi videtur. וימהר *Et confuſus, perturbatus ex metu in terram procidit.* Patet ergo quam ſponte apud Hebræos ſignificatio metus & confuſionis ex *feſtinandi* verbis fluat; proinde etiam חוש a Paraphraſte Chaldæo per זוע *commoveri* ex metu, *trepidare* exponitur Eſaj. 28: 16. & a Syro eodem in loco דחל *timere*. Et iterum Chaldæus hic per רחישא declarat, quod eſt *commotio ex terrore*,

rore, uti ex Arabico خشخش ita usurpari solito liquet. Quàm efficaciter ergo & ex natura genuini Hebraismi יחיש Esaj. 28: 16. redditum est *καταισχυνθήσεται* à Paulo Rom. 9:33. *non confundetur*.

Vers. 3. מוסר כלמתי אשמע.

Supra monui ad cap. 11: 3. Lxx. כלם aliquando ex significatione verbi Arabica كلم transtulisse, *alloqui* scil. & *disceptare*. Quod quamvis in illis locis minus necessarium videtur, mire tamen hic convenit, & planiorem reddit sensum, quam si כלמה *pudorem* vertere debeas. *Correptionem, redargutionem sermonis mei, audio.*

Vers. 5.

Jubilatio impiorum מקרוב, *&* *lætitia hypocritæ* עדי רגע *ad momentum*. Varie reddi solet τὸ מקרוב. Ego supra ex Arabismo docui ad vers. 12. cap. 17. קרוב Arabice *breve* notare. Ita Symm. hic *πρὸς ὀλίγον*, & alter ille a Schol. notatus *πρὸς βραχὺ:* Hieronym. *brevis est*. Postulat hoc etiam ordo suctus apud Jobum, ut duo versiculi cola sibi respondeant, quare idem est quod עדי רגע *ad momentum*.

Vers.

Vers. 6. & 7.

Si ascenderit in cœlum usque elatio ejus, & caput ejus nubes tetigerit. Psal. 7. *Prout elatus fuit, ita in æternum peribit; qui eum viderant, dicent ubinam est.* Verba illa vers. 7. כגללו יאבד לנצח plane alio modo, quam hactenus Interpretes, transtuli, *Secundum elationem, majestatem suam*, de qua vers. 6. *peribit in æternum.* Arabice גלל جلال est *dignitas, majestas.* Unde in nominibus regum, Zjelaloddin جلال الدين *majestas religionis* apud Historicos. Radix جل notat *magnus, illustris, dignitate & majestate conspicuus fuit.* Hebræis autem radicem גלל ita olim significasse liquet etiam ex locutione בגלל *propter*, בגללכם *propter vos* Deut. 1: 36. & sæpe alibi; tantundem autem valet ac, *ob dignitatem* aut *reverentiam*, ut Arabice من جلالك a جلال *dignitas*, & من حضرتك ab حضرة *majestas*, unde in titulis regum & principum semper apud Persas *Hadrat* invenias. כגללו ab omnibus Interpretibus redditur *sicut stercus ejus, peribit in æternum.* Quæ interpretatio valde incommoda est. Scio in hanc rem conferri 1 Reg. 14: 10. at plane locutiones disparatæ sunt, uti loca inspicienti & inter se conferenti planum fiet.

Verſ. 12.

Inſtituit hic comparationem mali cum cibo dulciſſimo in ore impii. *Cum dulce fuerit in ore ejus malum, illudque abſcondit ſub lingua ſua*; verſ. 13. יחמל עליה ולא יעזבנה ex Arabiſmo veram vim & efficaciam verborum exprimens verto: *Delicatum illud reputat, neque ab eo abſtinet.* Arabice خمل חמל *mollis, tener, & delicatus fuit.* Unde خمالة *pluma* præſertim ſtruthiocameli, a *mollitie.* خملة *holoſericum*, & مخمل *pannus holoſericus* villoſus & *mollis*, de *cibo* etiam, ut monui, unde خميل *cibus mollior & delicatus.* Significatio verbi חמל *clementia uti* hic convenire non poteſt, quid enim eſſet *clementia uti* erga cibum? Alterius verbi עזב vis etiam ex Arabiſmo illuſtratur: nempe עזב ſeu عذب, ז Zain Hebr. in Dſal ſuperne punctato pro more Arabum mutato, eſt *abſtinere, abhorrere a cibo.* Apud Hebræos in hoc uſu præterea non invenias.

Verſ. 18.

Pleraque in hoc verſic. obſcura, nec ſatis intellecta. משיב יגע ולא יבלע, Vulg. non recte,

Luet

Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Rectius meo judicio Lxx. *εἰς κενὰ καὶ μάταια ἐκοπίασε frustra & incassum laborat.* Non tamen verba, sed sensum expresserunt, quem ex Arabismo ita do: *Multum laborat*, proprie *laborem repetit, & non* יבלע *perficit, nihil efficit.* Arab. بلغ *rem perficere, scopum attingere, pervenire ad propositum.* Prout ita sumi debere sup. cap. 10: 8. ibidem monui. Certe ex coll. vers. 15. patet בלע hic non esse *deglutire.* Ultima pericopa hujus vers. etiam in diversa rapit Interpretes. תמורה supra cap. 15: 31. docui esse a rad. מור *motitari, huc illuc moveri* in primaria signif. unde altera illa *levitatis* & *inconstantiæ*, quam adduxi. Est adhuc alia in Arabismo, quæ hic occurrere videtur. Scil. مار notat huc illuc motus fuit, & meavit, etiam commeatus vendendi vel emendi causa; unde مائر in Golii Lexico qui suis commeatum seu frumentum aliunde petit, vel vendendi ergo transvehit. Unde תמורה sumi potest pro motitatione, meatione, quæ huc illuc fit ut familiæ prospiciatur. Neque tamen necesse hoc est ut eousque significationem extendamus; sed simpliciter תמורה explicemus *motionem*, מור enim *moveri* notare negari non potest. *Motio* autem, ex genio linguæ Arabicæ, est

commercium seu conversatio in hoc mundo. Res clara fiet ex voce حركة, quæ proprie *motum* aut *motionem* notat, a rad. حرك haraca, *moveri*. Usurpatur autem حركة ab Arabibus ad conversationem & commercium cum mundo denotandum. Ita dicunt, الحركات بركات *motiones beatitudines*; hoc est, non nisi ex commercio mundi acquiruntur opes. Sicut & in eundem sensum dicunt في الحركة البركة locutione proverbiali, *ex motione beatitudo est*. Auctor Camusii *pauperem* مسكين Mescin dictum vult, quia *paupertas* الفقر اسكنه, hoc est, قلل حركته *motionem ejus impedit*; scil. ob rerum inopiam conversari cum hominibus aut commercium habere nequit. Vides quanta sit vis vocis حركة *motio*. Hoc sensu sumendum est תמורה pro *conversatione*. Aliud adhuc succurrit quod maxime huc facit; Arabice حرف est *mutavit*, *invertit* rem. Ita in Alcorano Sur. 5. 16. occurrit,

يحرفون الكلم عن مواضعه

Verbum invertunt & mutant e loco suo.

Inde profluit alia significatio, *commercium exercere*, quod fit *permutatione* rerum utrimque. Tandem ponitur pro *via*, *modo vivendi*,

vendi, *instituto vitæ*, quod حرف vocant. Ars etiam, qua quis vitam exercet, حرفة vocatur, quod vi vocis est *mutatio*. Ita hic תמורה *mutatio*, pro *instituto vitæ*, aut *commercio cum mundo*. Non multum abludit Græcum πορεία, quod a Sacris Scriptoribus usurpatur pro vitæ instituto; ut Jac. 1: 11. Porro huc facit etiam verbum Arabicum صرف *mutavit*, ut Hebr. מור, inde est صرف *mutatio*, hoc etiam pro *vitæ instituto* usurpatur vel *commercio cum re*, qua signif. etiam ad Persas transiit, unde in Hist. Christi Persica invenies كار با اموختن صرف كردن *cum studiis commercium habere*, vel *operam in discendo impendere*. Sic תמורה, sive *motionem* vertas sive *mutationem*, ex Arabismo notabit *commercium*, vel *artem qua quis vitam exercet*. Dein חיל Hebr. *virtus*, at Arab. præterea in malam partem sumitur pro *machinatione*, *dolo*, *techna*, حيل & حيلة. Unde locum ita verterem, וכחיל תמורתו ולא יעלס *Et secundum strophas*, *malas artes*, *commercio suo non exultat*. Atque hoc pacto iterum duo hemistichia de more sibi invicem respondebunt. Frustra laborat, & artibus & strophis suis nihil proficit. Monendus etiam est lector, ו ante לא hic redundare, vel potius cum emphasi præponi & per *certe* exponendum esse. Exempla.

pla videas in Jer. 6: 19. 1 Reg. 15: 13. Quod etiam Arabibus potissimum in usu est و vel ف futuris emphaseos causa præponere. Sexcenta occurrent exempla Alcoranum evolventi.

Vers. 21. לא יחיל טובו.

Non recte exponi potest *expectare*, quod etiam monuit Clar. Goss. qui hoc modo vertit, *Non pariet bonum ejus*, id est, sterile erit nec ullum fructum ex eo percipiet. Quæ interpretatio retineri potest. Interim moneo in verbo חיל *administrationem bonorum* contineri, unde خايل Arabice est *administrator opum*. Et אשת חיל apud Hebræos est uxor recte domum administrans, apud Gallos *une bonne menagere*.

Vers. 25. ברק.

Gladius, ut بارق sæpissime in Hist. Tamerl. Sed hoc ab aliis jam annotatum puto.

CAP. XXI.

Vers. 2. *Aures præbete mihi*; ותהי זאת תנחומותיכם.

NOn male puto exponi, sit hoc mihi loco consolationis vestræ, ut tempus lo-

loquendi mihi concedatis. Attamen ex coll. verſ. 3. alius videtur fuiſſe ſenſus Jobi, *Loquar*, ait, *ut mihi poſtea irrideatis.* Ita hoc verſu: *Aures præbete mihi*, & *hoc erit luſus veſter*. Id eſt, iterum occaſionem mihi illudendi nanciſcemini. Amarulenta eſt & ſarcaſtica locutio. Hunc ſenſum dedi ex ſignificatione, quam نخم נחם apud Arabes obtinet. *Ludere* ſcil. & *illudere*.

Verſ. 19. *Liberis ejus pœnam ejus recondidit* ישלם אליו וידע.

Retribuet ei, & *pœnas luet*. Ita ידע verto ex Arabiſmo. Quia autem non unius loci explicationi inſervire poteſt hæc obſervatio, non inutile erit eam pluribus demonſtrare. Arabice علم *novit*, *ſcivit* in Alcorano notat *pœnas luere* pluribus in locis. Surat. 40. 72. الذين كذبوا بالكتاب وبما ارسلنا به رسلنا وسوف يعلمون *Qui abnegant Librum*, (Alcoranum) *eaque quæ per legatos noſtros miſimus, certe cognoſcent*. Alcor. Sur. 26.48. Pharao incantatoribus ſuis, qui Moſis miraculis fidem adhibebant, ita minatur: فلسوف تعلمون *Certe futurum eſt ut cognoſcatis.* Verſ.49. لاقطعن ايديكم وارجلكم من خلاف ولاصلبنكم اجمعين *Omnibus enim*

enim vobis manus & pedes ex lateribus diversis abscindam, & omnes cruci affigam. Eadem reperias Sur, 7. 121. Sic apud Abulphar. Hist. Dyn. pag. 530. قبل ان ياتكم العذاب بغتة وانتم تعلمون *Antequam vos pœna de improviso obruat & luatis*, proprie *cognoscatis*. Hunc usum verbi علم non attendisse videtur Celeberr. Pokokius, quum vertit, *Vos autem noftis* [quid facere oporteat.] Hinc patet *cognoscere* stylo Arabum esse *pœnas dare*. Inde facilis erit explicatio loci obscuri alias Jud. 8: 16. Et ידע *Notum factum est* spinis iis, *viris Succoth*. *Notum factum est*, id est, *pœna sumpta est*. Hos. 9: 7. *Venerunt dies visitationis, illuxerunt dies retributionis & vindictæ*, ידעו ישראל *cognoscent Israel*, hoc est, *pœnas luent* يعلمون. Esaj. 9: 8. וידעו העם כלו *Cognoscet totus populus, Ephraim & incolæ Samariæ, propter fastum & elationem cordis. Cognoscet*, id est, *luet pœnas*. Hæc plerumque ab Interpretibus non recte intellecta sunt, & ad omnia alia trahuntur.

Vers. 32. *Ad sepulcrum deportatur*, ועל גדיש ישקוד.

Et ad tumulum procul abit. Ita simpliciter explico ex Arabismo. شقن *vigilare*, ut

ut Hebr. שקה & *abire*, *procul recedere*. Ita ילך & הלך *abeundi* verba ad mortem translata sæpe videas. Certissimum est significationem *vigilandi* hic nullo modo convenire.

CAP. XXIII.

Vers. 2. מרי שחי.

Conjecturam nostram vid. ad cap. 11: 8. supra.

Vers. 9. יעטף ימין ולא אראה.

Ex Arabismo verti debet, *si deflectit dextram versus, non video*. عطف Arabice usurpatur de eo, qui via inversa aliersum deflectit. Quod optime hic convenire liquet. עטף significatione *operiendi* commodum non efficit sensum, nam quid mirum si quem occultantem se non conspiciamus. Hoc vult, Deus mihi plane est invisibilis, sive ad sinistram mihi adstans operetur, sive ad dextram reflectens ibi aliquid faciat; non potest a me oculis usurpari.

Vers. 13. *Quis repellet eum* והוא באחד.

Aptiorem horum verborum sensum non inve-

invenio quam, *cum ille unus sit*. Quis ei resistere posset, cum solus sit αὐτοκράτωρ & independens. ב ex usu frequenti linguæ Arabicæ redundat, الباء الزايدة Grammaticorum filiis. Ita sæpe in Alcor. الله بقدير pro قدير infinitis in locis. Sur. 55. 4. الشمس والقمر بحسبان *Sol & luna in duobus pulcerrimis*, id est, duo pulcerrima astra. الشمس بتبر *Sol aurum est* apud Abulolam, atque hujus generis exempla sunt ὡσεὶ κόνις. Ita hic *in uno est* pro *unus est*. Esaj. 40: 10. יהוה בחזק *Deus in forti* pro *fortis*. Ps. 55: 19. ברבים *in multis* pro *multi fuerunt a partibus meis*. Porro observa ב ex Arabismo pro מן sumi Amos. 6: 6. & Dan. 5: 2. collata phrasi Corani الاواني يشرب بها عباد الله *vasa in quibus bibunt servi Dei*: nam & Latine recte ita dicitur; & Græcorum elegantia est ἐν χρυσῷ πίνειν.

Vers. 15. *Idcirco a facie ejus terreor* אתבונן.

Et metuo ab eo. Vulg. *Considerans illum timore sollicitor*. Lxx. κατανοήσω καὶ πτοηθήσομαι. Omnes in universum Interpretes hoc pacto אתבונן vertunt, *intelligo*, vel *considero*, vel similia. Liceat tamen mihi conjecturam meam erudito orbi proponere. Supra ad cap. 18: 2. monui

monui verbum בין vel בין a Lexicogr. Orientalium etiam exponi *morari*, *cunctare*, in quam rem Maruph. Lexicograph. Persam citabam, qui Arabum בין per Persicum درنگ کردن *moram fecit*, *cunctatus est* declarat. Eam significationem optime loco illo convenire etiam monui. Certe occurrunt loca quædam in hoc libro, ubi *intelligendi* aut *considerandi* notio non valde convenit. Infra cap. 30: 20. *Clamo ad te*, *at non respondes*: *Surgo*, vel potius *intentus sum in precibus*, ut infra monebo, ותתבנן בי si hic vertas *&* *consideras me*, nonne omnino contrarius erit sensus iste querelis & intentioni Jobi. Hoc recte viderunt Interpretes, ideoque Adverbium לא subintelligendum putabant. Vulg. *Non respicis me*. Belgæ nostri, Gy en acht [NIET] op my. Quod si hic תתבנן vertas *cunctaris*, sensus erit planus, nec ullo supplemento opus. Deus sæpissime *cunctari* dicitur in sacro textu, quum auxilium fidelibus non statim præstat, & patientiam eorum exercet. Verterem itaque, *Intentius deprecor*, *at cunctaris mihi*. Sic in hoc loco nostro: *A facie ejus terreor*, אתבונן ואפחד ממנו *Cunctor & metuo ab illo*. Recte autem *cunctandi* verbum cum *metu* conjungit, *mora* enim & *cunctatio* ex metu sæpius oritur. Ita etiam

F aliud

aliud Hebræorum verbum, quo *moram* indicant, התמהמה ad *metum* seu *cunctationem*, quæ ex metu & stupore procedit, denotandum usurpatum videas apud Esaj. cap. 29: 9. התמהמהו ותמהו *Cunctate & obstupescite*. Vulg. *Obstupescite*, ita התמהמה reddit, *& admiramini*. Lxx. ἐκλύθητε *Dissolvimini* metu. Illustratur hoc maxime & confirmatur ex cap. Jobi 32. ubi eadem locutio occurrit vers. 6. זחלתי ואירא, *Cunctatus sum & timui*; זחל enim a R. Jona exponitur התאחר *moras trahere*, *cunctari*, citatus a Kimchio in Libro Rad. Ubi etiam addit ודמהו ללשון ערב *& comparat illud cum lingua Arabica*. Certe Arab. زحل per *cunctari* تاخر ab Arabibus exponitur, in Alcamus. زحلت الناقة exponitur تاخرت في سيرها *Zahelet camelus*, id est, *cunctatus est in incessu suo*, unde etiam Saturnum Zohal زحل vocant, ob tarditatem motus, quod didicisse me ab Illustriss. Pocokio lubens agnosco. Porro התבונן *cunctari* exponi potest cap. Jobi 33: 12. עדיכם אתבונן *Ad vos cunctatus sum*. Certe illud postulare videtur præpositio עד, quod cum verbo בין *considerandi* significatione construi non solet, cap. etiam 11. vers. 11. *Videt iniquitatem* ולא יתבונן, quod si vertas, *& non considerat*, aperta erit contradictio. Neque hic

ex-

excipias esse *considerationem* cum amore & approbatione, uti in verbo ידע observant Eruditi; nam nunquam illud in verbo בין animadvertes; quapropter etiam plurimi Interpretes per interrogationem rem expedire conantur. Sic Hieronymus: *Videns iniquitatem, nonne considerat?* Belgæ nostri etiam: Hy siet de ondeugt / soude hy dan niet aanmerken. Melius, si quid judico, verba cohærent, si ita vertere liceat: *Videt iniquitatem, & non cunctatur*; hoc est, *punit eam. Non cunctari* stylo divino est *punire*. Hoc observa ex *Deut.* 7: 10. לא יאחר לשנאו *Non cunctabit osori suo, in facie ipsius rependet ei. Non cunctabit*, hoc est, *puniet.*

CAP. XXIV.

Vers. 2. *Quasi onagri in deserto, egrediuntur ad opus suum*, משחרי לטרף.

VUlg. *vigilantes ad prædam.* Vel *mane surgunt*: qui frequentissimus est verbi שחר apud Hebræos usus. Moneo tamen ex Arabismo verti posse, *Quasi onagri rudentes ad prædam.* Ut Psal. 104: 21. *Leones* הכפירים dicuntur שאגים לטרף *rugientes ad prædam.* Arabice שחר شخر *rudere* de asinis. Verum

 ob

ob frequentem verbi in priori ſignificatione uſum ea præferenda videtur, licet forte in Jobo altera ferri poſſet.

Verſ. 11. בין שורתם יצהירו.

Locus obſcurior eſt. Ab. Ezra יעשו היצהר *oleum faciunt*: quod ex Chald. Paraphr. hauſit, qui per יעצרון משח *exprimunt oleum* declarat. Verbum ſcil. fingunt ex nomine יצהר *oleum* notante; non quidem omnino illud rejicio, attamen ſatis incertum judico. Hieron. ab alio nomine צהרים *meridiem* notante verbum hoc explicuit, *inter acervos eorum meridiati ſunt*. Arabice הצהיר ſeu اظهر quarta conjug. verbi צהר ظهر notat *meridiem pati*, quæ ſignificatio huic loco optime convenit; deſcribit enim Jobus indolem impiorum, qui homines pauperes opprimunt, & iis juſtum penſum detrahere ſolent, quod illuſtrat exemplo mancipii ſpicas & manipulos ex agro tollentis, & tamen eſurientis verſ. præced. hoc autem verſ. exemplo torcular calcantis, cui potus ex eo negabatur, auget autem & fortius urget ex eo, quod æſtum ſolis & ardentis meridiei paſſi ſint, adeoque ſiti quaſi exarcant & deficiant. Ex hoc ſcopo etiam liquet minus recte hic *olei* mentionem injici; non

non enim prelo oleas calcanti potus ex oleo, quod siti sedandæ ineptum est, conceditur. Itaque verto: *Inter muros eorum æstum meridiei patiuntur, & torcularia* vini *calcantes* tamen *sitiunt.*

Vers. 12. מעיר מתים ינאקו:

Hieron. *de civitatibus fecerunt viros gemere.* Sic Lxx. ἐκ πόλεως etiam, & Chald. מקרתא *ex urbe.* Sic Rabbini, & hodierni Interpretes omnes fere. At textum inspicienti facile apparebit, minus commode hic mentionem *urbis* fieri, neque cum antecedentibus aut consequentibus recte cohærere. Arabismus hic tam egregium & loco convenientissimum sensum fundit, ut non possim non eum hoc loco Eruditis proponere. עיר غبر & غبرة Arabice est *piaculum cædis*; a rad. עיר غبر *hominis cædem piaculo dato expiare*, quod hodie Arabes camelis mactatis in sepulcrum occisi, & mulcta aliqua parentibus soluta præstare solent. Itaque verto: *Propter piaculum homines ingemiscunt* ad Deum, *& anima occisorum clamat* vindictam. Quam pulcre hæc cohærent? מתים etiam reddi posset *occisi, trucidati:* nam etiam המית est violenta morte occidere 2 *Reg.* 17: 25. de leonibus ממיתים *trucida-*

bant, Samaritanos. Et נם de Sisera violente occiso Jud. 4. *Clamant* ad Deum *ad piaculum occisorum*. *Clamant* pro *clamatur* solenni Hebraismo.

Vers. 16. יוֹמָם חִתְּמוּ לָמוֹ.

Et *non noscunt* amant *lucem*. Verto: *interdiu abscondunt se*, a significatione verbi Arab. ختم, quod est, quasi *signaculo claudere & recondere*. Ita Chaldæus fere. Et R. Salomon, qui ita exponit, *de die sunt* מסוגרים *inclusi*. Alii חתמו vertunt *designare*, & eum antecedentibus jungunt: *perfodit in tenebris domus, quas de die designaverant*. Ita Vulg. & Belgæ. Sed hunc locum alibi etiam explicavi, quorsum lectorem remitto.

Vers. 18. *De latronibus & impiis* לא יפנה דרך כרמים.

Vulg. *Non ambulat per viam vinearum*. Quod quidam ita explicant. Eos avia & deserta petere, non loca habitata & culta. Sic Belgæ. Ab. Ezra ita videtur explicuisse: *Non videbit versus vineas: ipsi*, inquit, *peribunt cum vineis suis & bonis in hac terra*. Ego potius vertendum puto: *Non inflectit viam vir-*

virtutum. Arabice كرم כרם *virtus*, vel adjective vertas *viam nobilium, liberalium, virtute praditorum.* Arab. كرام *Nobiles, generosi, virtute praditi*: & singul. כרם كريم *cerim* est *virtute praditus*, vel ut omnem significantiam vocis ex ipsis Arabibus habeas, *Cerym* est الجامع لانواع الخير والشرف والفضائل *ille in quo concurrunt omnes species bonitatis, nobilitatis, & virtutum.* Sic Hebr. *Athir.* Radix כרם كرم *generosus & nobilis fuit.* Unde כרם *vinea* nomen traxit a *generositate.* Consentientem hic habeo R. Salomonem, qui כרמים exponit הצדיקים *justos* & טובים *bonos*, & ita etiam locum hunc exponit in Comm. ad Hos. 2: 15. Certe Jonathan כרמיה Hos. 2: 15. reddit פרנסרא. Judæis פרנסין sunt generosiores & nobiliores ex Synagoga. Non possum hic non addere egregium dictum Mohammedis, quod huc apprime quadrat: لا تسموا العنب كرم وانما الكرم الرجل المسلم *Ne vocetis vitem Cerem, nam is est Cerem qui fidelis est, & Musulmannus.*

Vers. 20. *Obliviscitur ejus* רחם.

Male Vulg. *misericordia.* Rectius *uterus*, quod Ab. Ezra אם *matrem* explicat. Sic plurimi Interpretes. Forte rectius *propinqui* ex

Arabiſmo. Ita R. Levi, אוהב *amicus*, *propinquus*. Uſitatiſſimum eſt Arabibus רחם رحم pro *propinquis*. Alcor. لن تنفعكم ارحامكم ولا اولادكم يوم القيامة *Non proderunt vobis propinqui & liberi veſtri, die reſurrectionis.* Certe Amos 1: 11. etiam אחים *fratres* & רחמים conjunguntur, quod fere non niſi de *propinquis* explicare poſſes. Sunt autem רחמים *propinqui* non quivis, ſed *uterini*. Hinc Poeta Arabs:

لم تزل قلة الانصاف قاطعة
بين الناس ولو كانوا ذوي
رحم

Non deſinit iniquitas parere diſſidium
Inter homines, licet juncti ſint propinquitate uterina.

Exſtat etiam dictum ex Sunna, ubi רחם رحم ita uſurpatur. Verba ſunt, بلوا ارحامكم ولو بالسلام *benigne excipite propinquos veſtros, vel dicta iis ſalute.*

Verſ. 22. לא יאמין בחיין.

Ex Arabica lingua vertendum puto: *Non ſecuram præſtat vitam.* אמן ſæpiſſime Arabibus notat

notat *securum esse*. Unde أمن *securitas*, أمن & أمين *securus*, *minime timens*. Ita Ps. 37:3. אמונה non *veritatem* notat, sed *securitatem*: quod etiam notatum fuit a Cl. de Dieu. Arabice أمن in quarta conjug. est *securum, tutum præstare*, ut hic & Deut. 28:66. ad bellum translatum, est *securitatis libellum dare*, atque hoc pacto tutum ab hostili invasione præstare; inde أمان *securitatis libellus*. Id facit ad explicationem Jud. 11:20. לא האמין Sichon Israeli, id est, noluit securitatis libellum Israelitis concedere, ut tuto regionem ejus pertransirent. Neh. 10:1. etiam hinc lucem capit. כרתים אמנה securitatis fœdus pepigimus, datis invicem libellis, uti ex textu patet. امانه Arab. *securitatis fœdus*.

Vers. 24. המכו.

Vox obscurior. Hier. *humiliabuntur*. Lxx. per *μαραίνομαι* declarant. Lucem capit ex Arabico מכך مكك, quod est *consumere*, *exitio dare*, *perdere*.

Ibid. ככל יקפצון. Hieron. *auferentur*. Chald. יתקטעון *exscinduntur*. קפץ in Hebraismo duas habet significationes, quæ hic non conveniunt: *saltare* scil. Cant. 2:8. & secundo *constringere* & *claudere*, ut קפצה פיה supra in hoc libro

cap. 5: 16. *claudit os suum*. Quidam ex priori significatione locum explicare conantur: *Omnes subsiliunt*, intellige e loco suo, id est, moriuntur. Ita ex Hebræis R. Nathan & Kimchi. Alii posteriorem significationem eligunt: *Clauduntur*, intellige sepulcro. R. Levi plane alio modo: *Claudunt os* hominis, atque hoc pacto eum interimunt, ne scil. in auxilium exclamet. Vides quam violenta sint omnia. Arabes pro Hebræo קפץ habent قفز & قفس, quæ præter duo illa significata, *saltare* & *constringere*, tertiam adhuc possident, quæ planum huic loco efficit sensum, *mori* scil. *sicut omnes moriuntur*. Sensus, quem expetunt Interpretes, at sine ullis supplementis & ambagibus.

CAP. XXV.

Vers. 5. הן עד ירח ולא יאהיל.

VUlg. *Ecce luna etiam non splendet*. Lxx. ἐπιφαύσκει. Atque ita plerumque Interpretes omnes יאהיל exponunt. Respiciunt autem ad rad. הלל, unde in futuro est יהל, unde necesse est duplicem statui Epenthesin, ℥ Aleph א scil. & ' Jod. At quidni ad radicem אהל, quam verbum præfert, referamus,

at

at non eo modo quo Kimchi, qui explicat *tentorium figere*, *non figet tentorium* in firmamento; Arabice אהל اهل in 2. conjugat. *dignum & idoneum esse*, in 4. conjugat. *aptum judicare*, *ἄξιον reddere*, unde اهل *idoneus*, *dignus*, & vim habet quam Græcum ἄξιος. Videbis id ex Hist. Sarac. pag. 15. ubi Abubecrus ita inquit: *O viri Medinenses, non meministis excellentiæ vestræ*; الا انتم له اهل وان العرب لا تعرف هذا الا في قريش *An non vos estis ei*, successioni, אהל *ἄξιοι digni*, *licet Arabes id non agnoscant nisi in Koraissitis*. Ita locus iste vertendus est, non ut Clar. Erpenius illum vertit. Est præterea *applaudendi* formula, اهل اهل, quasi dicas, *apte apte*. His præmissis locum hoc pacto vertendum censeo: *Ecce ne lunam quidem aptam ἀξίαν judicat*, & *stellæ non* זכו *puræ sunt*, *in oculis ejus*. Certe si attente textum inspicias, animadvertes non agi de splendore, aut lumine, quem emittunt corpora hæc cœlestia, sed de eorum *puritate*, *ἀξιότητι*, *idoneitate*, & *integritate*.

CAP.

CAP. XXVI.

Verſ. 5. הרפאים.

QUædam nondum obſervata de hac voce monebo. Verti ſolet hæc vox a Lexicographis per *gigantes* & *mortuos*. Non hic inquiro an gens fuerit Raphæi dicti ingentis proceritatis, hæc enim jam ab Eruditis diſcuſſa ſunt, & certum eſt רפאים eſſe nomen appellativum. Gigantes *Rephaim* vocari certiſſimum, at *mortuos* etiam notare non credo, ſed potius intelligo *impios & in Deum rebelles*, ſive adhuc in vivis, ſive e vita diſceſſerint. Ita in domo meretricis dicuntur eſſe רפאים Prov. 9: 18. non utique mortui, niſi ſpiritualiter mortuos intelligas. Examina loca Prov. 2: 18. & 21: 16. & animadvertes non alios quam ſpiritualiter mortuos poſſe intelligi. Qua autem ratione duæ hæ ſignificationes ſub hac voce concurrant, ex Arabiſmo aperiam. Arabice رفه רפה notat *commoda mollisque fuit vita, late vixit.* Unde رفاهية *affluentia bonorum* in Hiſt. Tamerl. pag. 382. Quia autem ex bonorum abundantia ſuperbia & arrogantia oriri ſolet, factum eſt ut verba, quæ priorem ſignificationem habent, ad ſuperbiam & inſolen-

lentiam præsertim in Deum notandam transferantur. Ita بطر & pro eo بطر per metath. notant *valde hilariter vivere*, *gaudio exultare*, prout hæc duo junguntur in Hist. Tamerl. pag. 301. بطر autem etiam apud Golium ita expositum invenies: *Petulantem & insolentem se gessit*; *non gratum nec pium erga Deum*, *ut beneficiorum ejus memorem decebat*. Sic Persicum آرامدلي proprie *lætitia* seu *quies cordis* pro *protervia* & *insolentia* usurpatur. Arab. مرح *lubens*, *lætus fuit*, in malam partem de *protervia* & *insolentia* sumitur in Alcor. Sur. 17. vers. 39. لا تمش في الارض مرحا *ne incedas per terram insolenter*. Sic Sur. 40. 75. *Hæc pœna vobis evenit* بما كنتم تمرحون *eo quod impie & proterve egistis*. Ita Syri etiam verb מרח utuntur in malam partem: nam apud Bar Ali in Lex. Syr. Arab. Maroho מרחא est المتعدي *transgressor*. Sic فكه notat *lætum esse*, etiam *rebus prosperis uti* & *læte vivere*, unde فاكه per ناعم *delicatus & commodis vitæ fruens* exponitur. Illud in Alcor. iterum *proterve & impie agere* notat. Vid. Sur. 56. 65. *Si voluerimus*, *faciemus illa*, *sata vestra*, *stipulas*; *Ergone adhuc impii eritis?* فظلتم تفكهون proprie *læti eritis*. Idem præterea observari potest in فرح *lubens*, *lætus fuit*, quod etiam in

in malam partem de *fastu* & *superbia* usurpatur, ut infra ad cap. 30: 12. ostendo. Simile etiam apud Hebræos in שאנן *tranquille vivere*, quod ad *insolentiam* & *ferociam* etiam transferri solet, ut recte ab Eruditis monetur. In נטח idem etiam observari potest. Vides luculentissimis exemplis quomodo רפה رفه in malam partem usurpetur. Inde רפאים, ה in א mutato, sunt *protervi*, *superbi* in Deum, quo nomine Orientales *impios* vocant, ut alibi latius ostendo. Illud autem *superbi* & *insolentis* nomen gigantibus recte impositum fuit, illi enim maxime viribus freti & inflati, crimina omnia violentiæ & libidinis patrant. Idem accidere observa in גבור, quod a radice גבר *superbire*, pro homine *superbo* & *impio* usurpari ab Hebræis & Arabibus alibi doceo; Syri autem, Chaldæi, & Arabes *gigantem* eo nomine etiam indicant. Quod autem גבור pro *gigante* in sacro textu non occurrat, manifestum est indicium *superbiæ* significationem primariam esse, atque inde gigantem dictum: non contra *superbum* a more giganteo.

Vers. 13. נחש בריח.

Videtur insigne aliquod sydus hujus nominis fuisse, non enim de ceto marino explicare licet;

licet, nisi ἀσύνδετον copulare velimus; נחש בריח occurrit etiam Esaj. 27: 1. quod sonat *serpens vectis*, uti volunt Interpretes, quod Bochartus in Hieroz. ingeniose de *zygana* explicat, cetacei genus, quod *jugum* capite refert. Aliis בריח a ברח *fugere*, quasi *fugiens* dictus esset, in longum fugiens & sese extendens, serpens oblongus, quæ mire contorta sunt. Sententia Bocharti nititur eo, quod נחש sit cete, quod probari nequit. Mihi potius τὸ בריח ex Arabismo explicandum videtur *infaustus, mali ominis* serpens, quo nomine summo jure Leviathan, id est, Diabolus, insignitur. Quidni enim *infaustus* dicatur serpens, cujus occursus primis parentibus infelicissimus fuit. Adde pro ominosis & infaustis semper habitos fuisse serpentes. Horatius Lib. 3. Od. 27.

Rumpat & serpens iter institutum.

Et apud Terentium Phorm. Act. 4. Scen. 5.

Anguis per impluvium decidit.

Quin serpens נחש nahass Hebræis audit, a rad. nahasa نحس *infaustum*, *mali ominis esse*. Unde est quod Nahesani نحسان vocantur apud Arabes Saturnus & Mars, mali ominis planetæ; ut contra Saadani سعدان Jupiter & Venus, quia fausti & boni augurii sunt. Hinc de mala fortuna in bonam conversa

versa dixit Auctor Hist. Tamerl. p. 329. بدل المريخ بالمشتري *Martem cum Jove commutavit.* בָּרִיחַ itaque *infaustum* est a radice برح, quod Arabibus est *infausto apparuit*, ac in auguriis fere usurpatur. Ita corvum ام بريح אם בריח *matrem infausti augurii*, nam inquit Damir. العرب تتشام به *Arabes eum pro inauspicato habent.* Inde corvum etiam epitheto البين insigniunt, غراب البين *corvus separationis.* Unde elegans paronomasia apud Sadi in Gulistan pag. 344. يا غراب البين ليت بيني و بينك بعد المشرقين *O corve separationis, utinam separati essemus Orientis & Occidentis spatio.* Cœterum an in hoc loco per נחש בריח etiam intelligere liceat Diabolum, quod Chald. & Hieron. voluerunt, valde dubito. Sidus, ut monui, cœleste intelligendum videtur; quodnam autem illud sit, in re obscura non facile est definire. Ab. Ezra תלי *Draconem cœlestem* intelligit; at R. Levi העגול החלבי *viam lacteam.* Non satisfacit hic Arabum Nachsani نحسان נחשאן in duali, quod de infaustis Martis & Saturni planetis in usu est. Sidus saltem infaustum aliquod intelligere jubet vis verborum נחש & בריח, quæ ambo malum omen notare supra annotavimus.

Vers.

Verſ. 14. שמץ.

Convenit cum Arabico شمخ, Hebr. ץ in خ mutato, ut ad cap. 4. verſ. 12. annotatum reperies.

CAP. XXVII.

Verſ. 8. ישל אלוה נפשו.

MOnet Ab Ezra quoſdam a שלל exponere, *Quaſi prædam auferet Deus animam ejus*. At ipſe hoc rejicit. Arabice سل eſt *extrahere* rem e medio alterius. Ergo verte, *Quum extrahet Deus animam ejus* e medio corporis. Ita של נעליך Exod. 3: 5. ad hanc radicem referendum videtur. Arabicum سل proprie & uſitatiſſime dicitur de enſe quum *evaginatur*: unde سلاسل *gladius*: quam vim ſi hoc loco verbo ישל tribuere vellem, in memoriam tibi revocarem corpus a Chaldæis *vaginam* נדנה vocari, uti ex Daniele clarum eſt.

Verſ. 18. בנה כעש ביתו וכסכה עשה נצר.

Varia ſunt loci hujus interpretamenta. Hieron.

ron. *Ædificavit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit umbraculum.* At Lxx. Ἀπέβη ὁ οἶκος αὐτοῦ ὥσπερ σῆτες, καὶ ὥσπερ ἀράχνη. *Evaſit domus ejus ut tinearum vel araneæ domus.* Scil. quum duo hemiſtichia ſibi invicem reſpondere debere judicarent, סכה *araneam* reddiderunt, forte reſpicientes ad rad. شك, quæ *innectendi* notionem habet. Niſi malis eos סכת legiſſe, quæ eſt Bocharti conjectura, Arabicum شبث *ſebts* conferens, quod eſt ex ſpeciebus aranearum. Quicquid legerint, certum eſt verſionem illorum eſſe hoc loco ineptam, nam סכה hic *tuguriolum* notare ex textu clariſſimum eſt: *Sicut tuguriolum, quod exſtruit cuſtos vinearum*; vel pomorum & fructuum, ut Chald. Arabice نطر *cuſtodivit vineam.* Non vero ſine ratione judicarunt Lxx. ſi hoc modo verteres textum, non bene cohærere. Si enim כעש in priori hemiſtichio, ut illi fecerunt, vertas ὥσπερ σῆτες *ſicut tineæ*, plane diverſa erit comparatio, quæ in poſteriori hemiſtichio inſtituitur, nec cum priori ullo modo conveniens. Itaque, ut hanc inconvenientiam tollamus, videamus an non כעש aliter reddi debeat, aut poſſit. Sane עש hic pro *tinea* ſumi non poſſe videbis, ſi attenderis ad vim præpoſit. כ, quam hoc loco poſſidet; nam non eſt ſimilitudo ejus qui agit,

ut

ut reddere possis *sicut tinea*, sed illius quod paratur & efficitur, ut reddere debeas *sicut tineam*; id claret in textu, ubi כסכה utique non licet vertere, *& sicut tugurium quod facit custodem*, quasi סכה esset agens; sed omnino vertendum, *sicut tugurium quod facit custos*. Verte itaque, *Ædificat tanquam tineam domum suam*, & videbis verba nullum habere sensum & significationem *tinea* hic non quadrare; non enim *tinea* ædificatur. Hoc animadvertit Vir Doctissimus, qui verba interpretanda sibi sumpsit: *Utut ædificaverit tanquam Arcturum domum suam, erit ut tugurium quod facit custos.* Ac si Job velit, impios ædes splendidas & magnificas sibi exstruere, quæque tanquam in cœlo sint, instar *Arcturi* domus, sed tamen parum durent, & statim destruantur, velut ὀπωροφυλάκιον. Verum hoc pacto opponit Vir Doctus duo hemistichia, quæ conjungi debebant. Itaque nihil convenientius video quam עש ex Arabismo explicare. Arab. عش עש notat *nidum* avis, peculiariter qui in arbore nectitur; nam qui in monte aut muro struitur وكر dicitur, qui in terra افحوص vel ادحى. Hæc significatio non male hic convenit, *Exstruit tanquam nidum aviculæ domum suam.* Hoc vult: Domus ejus instabilis & infirma, instar *nidi* aviculæ in arbore exstructi,

quod ex tenuibus ſarmentis contextum, ſtructuræ parum firmæ eſt, & tempeſtatum aeriſque injuriis obnoxium; quin etiam a quovis prætereunte diripi ſolet. Confer Eſaj. 10: 14. *Inveniet manus mea populos* כקן *inſtar nidi*, hoc eſt, facili labore, ſine ulla oppoſitione. Atque hoc pacto duo hemiſtichia hujus verſiculi pulcre cohærebunt; nam & סכה *tuguriolum* vinitoris, eſt opus *αὐτοκάβδαλον*, & facile diruitur.

CAP. XXVIII.

Verſ. 4. פרץ נחל מעם גר.

F*Inditur fluvius ex pede montis.* Ita גר verto ex Arabico جر, quod ita notat, uti latius alibi oſtendi. Quid impedit quo minus ita גר ני Eſaj. 27: 9. exponamus. פרץ notat *finditur*. *Findi* dicuntur fluvii quum ex terra oriuntur, de quo alibi multa reperies in Obſervat. meis. Hoc nunc addo, lucem orientem & auroram etiam *findi* dici ab Arabibus. Ita dicunt فلق الصبح *fiſſa eſt aurora*, vel etiam *fidit*, hoc eſt, *orta eſt*. Verbum صدع *findere* notat, inde eſt صبح صادع *aurora findens*, hoc eſt, oriens, & صديع *aurora*, quaſi

quasi *fissuram* lucis dicas. Sic شفق *aurora* & *fissio* a verbo شفق *findere*. فتق itidem *aurora* & *fissio* a rad. فتق *diffidit*, *diffregit*. A rad. Hebræa פרק *rumpere*, breken Belgica voce consonante, est فرق פרק *aurora*. Hæc de nihilo non annoto, faciunt enim ad illustrationem Esajæ, qui cap. 58: 8. ita dixit: *Tunc* יבקע *findetur tanquam aurora lux tua.* Quam locutionem multi Interpretes non intelligebant.

Vers. 11.

Locus obscurissimus propter verbum incognitum מבכי. Verba sunt מבכי נהרות חבש · בכי Hebr. *fletus* est. Itaque multi hunc locum ita explicare conantur: *A fletu flumina ligat*, hoc est, impedit ne ex terra ebulliant, & ex fontibus erumpant, atque hoc pacto in auro ex visceribus terræ eruendo impediantur. Quod si sensus hic placeret, verbum מבכי commode ita reddere possem ex Arabismo, scil. a rad. בכך, quæ Arabibus *findere*, *rumpere* notat, nam per فرق ab eorum Lexicographis exponitur. Unde בנכי apud Talmudicos pro בכי *porca*, נ, pro more, inserto. Hinc locum Jobi exponas, *ruptiones fluminum impedit.* Solenni Hebraismo fluvius *findere* vel *rumpere* dicitur,

 quum

quum e fonte oritur. Ita supra verſ. 4. hujus cap. פרץ נחל *rumpit fluvius e pede montis*, id eſt, oritur. Sic בקע *findere*, *diſrumpere* de fluviis dicitur quum ex fonte ſcaturiunt. פוטר מים Prov. 17: 14. *ruptio aquarum*, de aquis ex fonte ebullientibus, a rad. פטר *findere*, *rumpere*, uti alibi docuimus. Alium huic loco ſenſum dant Lxx. & Hieron. *Profunda quoque fluviorum ſcrutatus eſt*. Βάϑη δὲ ποταμῶν ἀνεκάλυψεν. Videntur hi Interpretes חבש explicaſſe ex radice חפש, quod eſt *ſcrutari*. מבכי autem quum *profunda* reddunt, reſpicitur ad cap. 38. infra verſ. 16. ubi occurrit נבכי ים, quod itidem Hieron. *profunda maris* vertit: at Lxx. πηγὴν ϑαλάσσης. Sic Rabbini etiam Ab. Ezra, Jarchi, R. Levi in explicatione hujus loci locum cap. 38: 16. conferunt. Locus ita ſe habet: הבאת עד נבכי ים *An tu perveniſti ad* נבכי *maris*, *&* *abyſſum ſcrutando perambulaſti*. R. Levi hic נבכי reddit מעמקי *profunda*. R. Salomon ad radicem בוך refert & declarat per מסגרי *clauſtra maris*; ſicut dicitur & erant נבוכים in terra Exod. 14: 3. Ab. Ezra *fluctus* גלי maris exponit. Quod ſi hic נבכי iterum ad radicem Arabicam בכך بكّ referas, ſenſu quo ſupra explicui, נבכי ים erunt πηγαὶ ϑαλάσσης, ut Lxx. exponunt. Malo tamen hoc loco נבכי reddere ex ſignificatione Arab. verbi نبك

נבך

נבך, quod *collem*, *tumulum acuti verticis* notat, quo nomine ſcopulos in profundo maris recte appellares; hæc etiam ſignificatio voci מבכי tribui poſſet, & מבך eliſo num, ut fieri in his formis ſolet, ſynonymum eſſet cum נבך *collis*, *ſcopulus*, ſi modo חבש vertere liceret cum Hieron. *ſcrutari*; quod cum facere non audeam, priori interpretationi acquieſcam, donec aliunde nova lux oriatur. Quod ſi חבש ex Arabico خبس *ſpoliari* mihi exponendum concederetur, elegantiſſimus & ſcopo loci maxime conveniens emergeret ſenſus: *ſcopulos profundi ſpoliatur*, *diripit*. Hoc agit Jobus ut audaciam & induſtriam hominum proponat, in auro metalliſque ex viſceribus terræ eruendis; quam apte ergo hic locus referri poſſet ad illam audaciam hominis, qua ſibi etiam ex intimis maris receſſibus, & periculoſiſſimis in eo locis, quales ſunt ſcopuli, divitias comparat. *Spoliari* autem ſtylo Arabum eſt *lucrari*, *divitias reportare*. Sic غنم eſt *prædari*, *ſpoliare*; id in Abulphar. Hiſt. Dyn. eſt *lucrum*, *divitias acquirere* honeſto modo. Ita inquit pag. 434: التجار وصلوا الينا وقد اعدناهم الي ما منهم سالمين غانمين *Mercatores*, *qui ad nos venerant*, *remiſimus in patriam incolumes &* غانمين *prædam reportantes*, id eſt, *lucrum*,

divitias. Sic مغنمة *præda* sæpe pro *lucro* aut *divitiis* usurpatur, & غنيمة est *omne id quod potitur aliquis.* ما تظفر به من ملك غيرك ولم يكن لك, *quæ potitus fueris ex aliena possessione, quæque antea non habueris.* Eundem usum in verbo خبس חבש observare est, unde in genere خبس per غنم *potiri* exponitur, & خباسة *spolia* per مغنم *lucrum*, & اختبس oct. conjug. est *potiri.* נהרות in hoc loco ad mare refero, uti fit in prophetia Jonæ, ubi ipse in medio maris conqueritur נהר יסבבני *fluxus circumdat me.*

Vers. 17. וזכוכית.

Lxx. ὕαλ☉. Hieron *vitrum.* Sic plurimi Interpretes. Est Arabicum زجاج, quod recte observatur ab Clar. Hottingero: quibus addo, non esse ὕαλον *vitrum* proprie & stricte sumptum, sed *crystallum*, qua significatione etiam زجاج apud Arabes occurrit, quod non annotavit Hottingerus. Pro crystallo sumitur زجاج apud Beitharidem: المها هو صنف من الزجاج *Elmaha est species* זכוכית seu *crystalli.* مها enim apud Arabas esse *crystallum* certissimum est, unde Esaj. 54: 11. pro Græco κρύςαλλ☉ apud Arabem reperies المها. زجاج etiam *crystallum* notat in Hist.

Ta-

Tamerl. Arab. pag. 310. Sic Græcum ὕαλος etiam apud Veteres pro *cryſtallo* ſumitur, quod Eruditi annotarunt. Quidni ergo dicamus זכוכית eſſe *cryſtallum*, ut Arabicum زجاج, כ Hebr. in ג ج mutato pro more Arabum. Ut pro Hebr. כחר Arabes habent خجد *abnegare*; pro Hebr. גדיש Arabes dicunt كدس. Plura hujus mutationis exempla ſupra ad cap. 5: 26. annotata reperies. Sunt tamen ex Eruditis qui hanc ſignificationem rejiciunt, & hoc loco incongruam cenſent, quia agitur hic de re pretioſiſſima, & זהב *auro* æquiparanda, dicit enim *zechochyt* & *aurum*, unde malue-runt ſignificatione vaga & incerta exponere *gemmam pretioſam*. At non attendiſſe videntur viri eruditi, apud Veteres fuiſſe cryſtalli genus auro fere æquiparandum. Certe Homerus cryſtallum etiam ut rem pretioſiſſimam cum auro conjunxit, ut cum in deſcriptione ædium Menelai Odyſſ. verſ. 73. eas renidere ait στεροπὴν *fulgorem*

Κρυσοῦ τ', ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος.

Auri, cryſtalli, argenti, & eboris.

Ηλεκτρον *cryſtallum* reddo auctoritate Scholiaſtis Ariſtophanis in Nubes, ubi de ὑάλῳ *cryſtallo* inquit: Ὅμηρος οὐκ οἶδε τὸ ὄνομα, ἀλλὰ

λαὶ παρ' αὐτῷ καὶ τοῖς ἀρχαίοις Ἤλεκτρος μὲν ἐστι. *Homerus hoc nomen non cognovit, ſed apud illum cæteroſque veteres Electrum appellatur.* Cryſtalli pretioſiſſimi mentio etiam fit apud Thalmud. in Maſſ. Cholin a Kimch. in Lib. Rad. citati. *Qui vult*, inquiunt, *ingentes opes ſibi a patre relictas dilapidare, utatur* כלי זכוכית *vaſis cryſtallinis*, id eſt, ut explicant, ex זגיתא חיורתא *cryſtallo albicante.* Certe jaſpis lapis pretioſiſſimus *ad viciniam cryſtalli deſcendere* dicitur apud Plinium, & ישפה Exod. 39: 11. a Chald. בורלא *beryllus* explicatur, uti etiam a Vulgato. Beryllus autem eſt ex ſpeciebus cryſtalli, unde ab Ibn Beitar ﻪ ﺑﻬا ſeu *cryſtalli* prima ſpecies recenſetur البلوري *beryllus.*

Verſ. 18. משך חכמה מפנינים.

Hieron. vertit: *extrahitur ſapientia de occultis.* Sic Lxx. procul dubio pro פנינים legerunt פנימין ἐσώτατα, ut habent Lxx. Varie משך redditur ab Interpretibus; *tractionem* proprie notat vox. Nos ex Arabum ſtylo hæc producimus. جلب Arab. *trahere* notat, ut משך, de *mercibus* autem & rebus pretioſis notat, eas *venum* de loco in locum *trahere.* Abulphar. Hiſt. Dyn. ينغذوا معهم بوالبش الذهب والفضة

والغضة ليجلبوا لهم من ظرايف البلاد ونفايسها *Et miserunt cum iis Balissos auri & argenti, ut traherent sibi, ex rebus maxime pretiosis & elegantibus istius regionis.* Ibi clare جلب *trahere* est, rem comparare, ut commercium cum ea faciam. Sæpissime ita in libris Arabum usurpatur. Ita hic *tractio sapientiæ est præ gemmarum*, est acquisitio, quæ fit rei vendendæ causa. Difficilius acquiritur, & ad commercium comparatur quasi, sapientia, quam gemmæ. Aliud adhuc succurrit etiam ex Arabismo. Arabice مسك seu משך est idem quod מנע منع, quod a primaria significatione, quam cum مسك habet, quæ est *cohibere*, alteram deducit, *inaccessum esse*, de viris bello claris & heroibus, *fortitudine*; unde in Hist. Tamerl. p. 185. ذوي الشجاعة والمنعة *strenuitate & virtute præditi*; pro virtute in Arabico est *cohibitione*; quod accessum cohibeat. De viris scientia insignibus منع notat *in dignitate & honore esse*. Hist. Tamerl. pag. 444. Doctor illustris ita inquit: انا امنع جنابا ان يسوموني خسفا وعذابا *Ego illustrior sum & dignior quam ut me malo aut pœna mulctent.* Tandem quod huc maxime facit, de rebus pretiosis منع notat *carum*, *pretiosum esse*, quasi dicas, *caritate* ac-

accessum & comparationem *prohibere*. Ita منعة exponitur in Camuso per عز *caritas*, *dignitas*, *pretiositas*. Ita مسك משך *cohibere* de fortitudine vel virtute inaccessâ & insuperabili sumi posset Esaj. 18. גוי ממשך *Gens valida & inaccessa*, ut Arab. مسكة vir fortis & validus. Quod si cum Coccejo Judæos intelligas, nullum magis epitheton convenire poterat; utpote qui cœteris gentibus propter Divini Numinis præsentiam inaccessi erant & insuperabiles. De pretio & caritate, qua accessum quasi prohibet res eximia & pretiosa, in hoc loco nostro exponi potest. *Magis inaccessa est caritate sua, sapientia, quam uniones.* Hoc pacto Kimchius in Libr. Rad. משך per יקר *caritatem*, *pretium* declarat; aliam tamen addit rationem; *quia*, inquit, *nomen ejus* & fama e longinquo *trahitur* & auditur. Prior expositio magis mihi arridet, quia משך significatione *continendi* Hebræis fere notum non est, at *trahendi* significatione familiarissimum. Bochartus in voce משך ingeniose ad modum, quo margaritæ aut conchæ ex mari extrahuntur, alludi putat, eo probaturus פנינים, vocem ambiguam, *margaritas* notare. Quod si hoc magis placeat, nihil equidem moror.

CAP.

CAP. XXIX.

Verſ. 18.

D*Ixi* אגוע עם קני וכחול ארבה ימים. Notum eſt quam varie hæc ab Eruditis exponi ſoleant: Judæi & ex iis Patres veteres, aliique multi ex Interpretibus, per חול *Chul avem phœnicem* intelligebant, cui commento occaſionem dediſſe videtur Græca verſio, in qua חול redditum eſt στέλεχος φοίνικος; adde quod in prioribus verbis קן *nidi* ſit mentio, unde חול avem eſſe debere concluſio facta, quum autem de longævitate & dierum productione ageret Jobus, nil magis conſentaneum videbatur quam phœnicem intelligere, quam magiſtri Græcis Poetis hac in parte nugaciores, omnium animalium ſolum abſtinuiſſe fingunt ab eſu fructus vetiti, ac proinde non eſſe morti, æque ac cœtera animalia, obnoxiam, ſed poſt vitam mille annorum rogo conſumptam ex proprio cinere renaſci. Aliis Interpretibus, quibus hæc commenta & fabulæ, quas antiquitas de phœnice tradit, non placent, & omnia, quæ de hac ave a Veteribus traduntur, ut inepta & commentitia haud immerito rejiciunt. חול ſimpliciter ver-

vertunt *arenam*, qua significatione in Sacro Codice frequens est hæc vox. Verum enim vero neque illi plane sensui & verborum connexioni satisfacere videntur. Nonne enim hæc ἀσύνδετα sunt, & minime cohærentia? *In nido meo expirabo & sicut arenam multiplicabo dies. Radix mea floret secus aquas, & ros pernoctat in ramis meis.* Adde quod nimis etiam hyperbolica videri possit comparatio, qua longævitas & multitudo annorum cum arena æquiparantur. Hanc difficultatem cum recte animadvertissent Lxx. Seniores, per חול *arborem* intellexerunt, & quia maxime longæva est *palmam*, ὥσπερ στέλεχος φοίνικος πολὺν χρόνον βιώσω. Quod secutus Hieronymus ita vertit: *Sicut palma multiplicabo dies.* Nemo inficias ire potest palmam hic imprimis quadrare, præsertim iis, quæ statim adduntur, *Radix mea aperta est juxta aquas*, &c. palmam enim irriguis gaudere locis tradunt Hist. Natur. scriptores. Itaque videamus annon in Arabismo vestigia sint, quæ חול *palmam* notasse verisimile reddant, atque hoc pacto ratio versionis τῶν Lxx. nobis constet. Sæpissime a me animadversum est Lxx. verba reddidisse aliquoties ea significatione qua in Arabismo hodie nobis ea conservata reperimus. Exempla passim a me allata non hic

hic cumulabo, unicum idque illustrius sufficiat. Jerem. 12: 9. עיט צבוע ex Hebr. videtur notare *avis digitata* vel *tincta*, plane tamen aliter οἱ LXX. σπήλαιον ὑαίνης *spelunca hyænæ*, quæ cum Hebraicis nullo modo conveniunt; at Arabice עיט غابط est *spelunca*, & צבוע ضبع Dſabua *hyæna*. Idem hic accidisse reor ut חול *palmam* verterint ex Arabismo. Nempe נחל نخل Arabibus est *palma*, quod verbum præ pluribus aliis, quibus *palmam* etiam designant, ipsis maxime in usu est, quod sexcentis exemplis ex Auctoribus Arabum petitis demonstrari posset. Illud ex Hebræo חול formatum & petitum videtur. Ita pro Hebræo פוח Arabes dicunt نفح נפח; ab Hebr. מום *vitium* Arabes formant נמם نم *convitiari*; & quod plane simillimum est, ex עש *Arcturus* apud Jobum, Arabes fecerunt נעש نعش. Similia sunt נפץ pro פוץ *dispergere*, נמל pro מול *præcidere*, & plurima alia ὡσεὶ κόνις. Sic pro Hebr. חול *palma* Arabes dicunt נחל نخل. Hisce valde mihi verosimile fit חול nihil aliud revera notare quam *palmam*. Excipiet forsan aliquis, *palmæ* non tribui posse קן *nidum*; ideoque significationem non convenire. At huic responsum velim, an non & ipsi, quum חול *arenam* vertit, eadem vel major incumbat difficultas;

nonne

nonne enim palmæ potius quam arenæ *nidus* tribui poteſt. Certe palmis *nidos ſuos*, in quo conſiſtant, tribuunt Thalmudici Bav. Kam. fol. 58. col. 2. in medio: חזי לי ותלתא תלאתא בקינא הוו קיימי. *Vidi quod tres novellæ palmæ in uno nido conſtiterint.* Quod ſi hæc minus tibi placeant, τῷ קן hoc loco tribuam ſignificationem ex Arabiſmo, quæ rem plane conficiet & omnem difficultatem tollet. Arabice radix קנן notat *firmum*, *immotum eſſe*, ut quum de cerva & rupicapra dicunt, اقتنت الوعلة *firma & inconcuſſa fuit rupicapra*, propter pedum & inceſſus firmitatem. Sic & اقتن الرجل *conſtans & immotus fuit vir.* Adde قنة Arabibus notare illam firmitatem, qua fibrillæ palmarum inter ſe connexæ ſunt. Quæ egregie trunco palmæ conveniunt, nam illud ex minutiſſimis fibrillis, quas Arabes لبف vocant, connexum & compactum conſtat, uti ex Hiſt. Natur. conſtat. Hoc pacto ſi קן ſumas, hic evadet ſenſus: *Dixi, expirabo cum firmitate mea*, qua inſtar trunci palmæ ex fibrillis connexus & firmiſſime contextus ſum, *& ſicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta erit ad aquas, & ros pernoctabit in ramis meis.* Lxx. קן ἡλικίαν vertunt, ſenſu non multum abludente.

CAP.

CAP. XXX.

Verſ. 3. בחסר ובכפן גלמוד.

VUlg. *egeſtate & fame ſteriles.* Supra veram ſignificationem vocis גלמוד oſtendi ad cap. 3: 7. hujus libri. Ibidem docui ex modo loquendi Arabibus familiari in metaph. pro *ſterili* ſumi. Hac ſignificatione etiam hoc loco Chaldæus accipit, quum declarat per דלא ולד *cui liberi non ſunt.* At illa ſignificatio hoc loco mihi convenire non videtur, nam filios verſ. 1. dedit iis, quos hic deſcribit. Quid ergo hic גלמוד *durus* erit? Certe mihi nihil congruentius hic videtur quam ex ſtylo Arabum *durum* hic accipere vel pro *miſero*, in genere vel pro *fame preſſo.* Hominem miſerum & adverſitatibus hujus vitæ laborantem *durum* appellant Arabes. قسى *durus*, ut Hebr. קשה & *miſer*, شديد *durus* itidem & *miſer*, *ærumnoſus.* شدة *durities* & *adverſa fortuna.* Hominem etiam fame preſſum *durum* vocant Arabes, & famem *duritiem* شدة: & قرض *fames* a قرض *durum eſſe.* קשה. *durus* eſt fame preſſus, nam cum רעב *famelico* jungitur Eſaj. 8: verſ. 21. Et ſic infra hoc capite קשה יום *durus fortuna* cum אביון *egeno.*

egeno conjungitur verſ. 25. Sic Perſice etiam سخت eſt *durus* & *fame preſſus*, سختي *durities* & *fames*, cujus exempla ſupra ad cap. 5:22. dedi; quibus nunc addo alium locum illuſtrem ex Guliſtan Sadi Perſico:

نخورد شير نيم خورده سنك
ور بسختي بميرد اندر غار

Non comedit leo reliquias cibi canis,
Etſi duritie, id eſt, *fame*, *moriendum*
eſſet in antro.

Hic verus loci noſtri videtur ſenſus, ut גלמוד *durum* hic de famelico intelligamus. *Inopia & fame duri*, id eſt, *preſſi*, famelici. Neſcio an huc etiam faciat, quod Arabes ſenes emaciatos & exſiccatos *duros* vocent; certe hoc loco huic non male convenit, illud enim maxime hominum horum auget miſeriam, quod fame premantur in ſenectute ſua.

Verſ. 9. *Sum iis* למלה.

Lxx. θρύλλημα. Hieronymus, *in proverbium*. Ita quidem ex ſenſu. מלה in Hebraiſmo proprie notat *ſermonem*, *verba*; a rad. מלל *dicere*, *loqui*, & eſt fere medium inter אמר & דבר. Nuſquam autem derivatum ex his

his verbis pro *dicterio*, uti hic מלה verti solet, sumitur; ideoque forte melius & efficacius מלה ex Arabismo hic explicabimus. Arabice מלל مل notat *fastidire*, *tadium capere*. امل عليه *tadio eum affecit*: in 4. conjugat. ملول & مليل *tadio captus*. מלה ملة *tadium*, *fastidium*. Ita hic: *sum iis fastidio*; nam inquit vers. sequenti, *fugiunt & abominantur me*. Hinc etiam explica מלילין in Thalmude, quod in Aruch *spretos*, *abjectos* exponitur.

Vers. 12.

Ad dextram surgunt פרחח *& pedes meos subvertunt*. * Varie hæc vox sumitur ab Interpretibus. Lxx. ἐκ δεξιῶν βλαςοῦ, non apto sensu. Rabbini ex phrasi Thalmudicorum פרחי כהנה *flores sacerdotii*, juvenes sacerdotes, פרחח *juvenes* declarant. Ita R. Levi Kimchi in Libr. Rad. aliique; docet etiam Kimchi quosdam פרחח componere ex פרח *flos* & חח *spina*; *flores spina*, hoc est, homines nihili; quæ originatio satis est inepta. Si quis juvenes hic intelligere velit, non præfracte rejiciam, attamen considerationem hic meretur Arabismus. Arab. scil. פרח notat *latum esse*; quæ forte primaria significatio est, unde illa

florendi deducta; *lætum* autem *esse* stylo Orientis est *protervum*, *petulantem esse*; exempla supra dedimus in verbis بطر *lætum esse*, طرب & مرح & مرح aliisque, quæ rem clarissime evincunt. Vid. quæ notata sunt ad cap. 26: 5. Quibus nunc addo verbum اشر *lubens* & *lætus fuit* conveniens cum Hebræo אשרי. Inde اشر *lætus* in Alcor. pro *petulanti* & *protervo*. Sur. 54: 25. بل هو كذاب اشر *sed ipse fuit mendax protervus*, proprie *lætus*. Sic etiam vers. 26. Huc etiam referri potest phrasis Hebraica שרירות לב, εὐδοκία τῆς καρδίας, vel, ut Lxx. ex Arabismo reddunt, τὰ ἀρεστὰ τῆς καρδίας Jerem. 9: 17. scil. ex significatione Arabici verbi سر, unde dicunt والسر فيه *hoc mihi placet*. Proprie سر notat *lætus lubensque vixit*, unde سرا *bonus commodusque vitæ status*. Inde שרירות erit *lætitia*, in malam partem sumptum pro *protervia* & *impietate*, ut in exemplis quam plurimis a me allatis claret: posset tamen ad rad. شر referri, unde esset *malitia*. At præterea idem observari potest in hoc ipso verbo פרח فرح, quod *protervum esse* notat etiam. Alcor. Sur. 40. 75. ذلكم بما كنتم تفرحون بالارض بغير الحق *Hoc vobis evenit, quia læti fuistis in terra injurio. Læti*, hoc est, *protervi*, *impii fuistis*. Sic etiam فرح *lætus* sæpe pro *petulanti* & *protervo* usu

ve-

venit. Quidni ergo potius vertamus: *Ad dextram petulantes* seu *protervi surgunt*, *&* *pedes meos cæspitare faciunt*. Alcor. Sur. 28. 76. لا تفرح ان الله لا يحب الفرحين *Ne protervus sis, Deus enim non diligit protervos.*

Verſ. 13. להותי יעילו.

Phraſis paulo difficilior intellectu. Lxx. ἐξέδυσάν με τὴν στολήν: cujus verſionis nulla mihi apparent veſtigia, niſi forte מעילי pro יעילו. Hieron. *inſidiati ſunt mihi & prævaluerunt*, etiam longius ab Hebræo. Solet יעילו ab Interpretibus referri ad radicem הועיל *profuit*, *utilis fuit*; quod diverſa ratione explicare conantur; at examina vim verbi הועיל, & hic non convenire videbis. הועיל notat ſemper, nullo exemplo excepto, *utilitatem afferre*, res autem vel perſona, cui illa affertur, per ל deſignatur. Jeſ. 30: 5. de Ægyptiis, quorum opem fruſtra quærerent Judæi, לא יועילו למו *nullam iis utilitatem afferent*. Jerem. 23: 31. de falſis prophetis הועיל לא יועילו לעם הזה *nullo modo utilitatem afferunt populo huic.* Itaque ſi hic יעילו velis ad radicem הועיל referre ex vi phraſeos & natura Hebraiſmi verba להותי יעילו vertenda tibi erunt, *utilitatem afferunt perniciei vel calamitati meæ.* At quis

non incongruum id esse & absurdum largietur? Malo itaque ad hanc inconvenientiam evitandam in subsidium hic vocare Arabicum עיל غال, quod est *derepente obruit*, *de improviso irruit*, & sæpissime usurpatur de incursu hostium in Historicis Arabum; Abulphar. Hist. Sarac. & Hist. Tamerl. hinc עילה غيلة in plurali, עיל غيل notat *inopinatum & fraudulentum insultum*; ut hostis in bello stratagemati, *usi* خفية القتل, ut Lexicogr. Arab. exponunt, עאיל & שׂיל غايل & غول *malum*, *exitium*, *calamitas*, quod *repente hominem obruat*. Ergo locum hoc pacto vertamus: *in perniciem meam irruunt in me.* Vel si הוה hic ex Arabismo vertere liceat, convenientior erit ordo verborum; *diruunt semitas meas*, *irruunt in me ad lapsum meum*, ut labar, quod cum præced. שלחו רגלי pulcre convenit; at eo opus non est, tantum moneo חוה هوي *labi* apud Arabes, esse radicem הוה in significatione *exitii*, quia decidit & irruit quasi in hominem, quorsum elegantissime alludit Esajas cap. 47: 11. ותפל עלין הוה *& irruet in te calamitas*. Præterea moneo הוה non semper *exitium* vertendum esse, sed etiam ex altera significatione verbi הוה هوي apud Arabes, quæ est *amare*, *velle*, *desiderare*; *desiderium*, *cupido*, Prov. 10:3. *Desiderium*

justi

justi explet Dominus, *at* הוּת *peccatorum depellit.* Conf. etiam Mich. 7: 3. ubi etiam ita sumendum videtur, quod etiam, ni fallor, annotavit Hottingerus.

Ibid. vers. 13. *Semitas meas diruunt*, *ad exitium irruunt in me*, לא עזר למו, Hieron. *non fuit qui ferret auxilium*; omisit למו *ipsis*, quia sensum incongruum videbat, sicut vero ipse transtulit, verba ad Jobum referri poterant; at Hebraica hæc non ferunt. Chaldæus, לית דסעיד להון *non est qui eos adjuvat*; atque ita quidem verba sonare videntur; Belgæ nostri ita vertentes hunc sensum verbis tribuunt. Nemo est qui eos adjuvat, id est, ipsi sibi ad hoc malum sufficiunt, nullis opus habent adjutoribus. At verosimilius omnes in illusionem Jobi conspirasse, & petulantibus hisce sese adjunxisse, quod forte his verbis ex Arabismo explicitis ita indicat Jobus: *Non est qui eos reprehendat*, omnes in eandem rem conspirant, nemo sese protervis hisce opponit, aut causam meam defendit. Arabice عزر עזר proprie notat *erudire*, ut Arabicum ادب & Hebr, יסר, sæpissime autem pro *objurgare* & *reprehendere* usurpetur, quod etiam in Hebr. יסר & Arab. ادب observari potest. Hinc est quod quandoque per عذل *culpavit*, *reprehendit* exponatur. Quod autem monui

proprie שור عزر Arabibus esse *erudire*, eo ostendere volui quomodo hæc significatio ab Hebr. significatione *auxiliandi* profluat. Hebr. & Arabice עזר عزر primario *juvare*, *auxilium ferre*; illi autem potissimum *auxilium* fertur, qui bonos mores & veram sapientiam edocetur; hoc est *erudire* in secunda significatione; tandem tertio, ut jam de Hebr. יסר & Arab. ادب monui, ponitur pro *castigare* & *reprehendere*, quod etiam non incommode ad primam *auxilii* notionem referes. Itaque significatio, quam huic loco do ex Arabismo, non est nova aut diversa ab Hebraica significatione, sed elegans tantum istius verbi שור usus ostenditur.

Vers. 17. עֹרְקַי לֹא יִשְׁכָּבוּן.

LXX. νεῦρά μου διαλέλυται. At Chald. ערקי vertit ית דמעסן qui *frendere me faciunt*; quasi ערק idem esset ac חרק. Hieronymus, *qui me comedunt*, *non dormiunt*. Procul dubio respicitur ad significationem, quam ערק عرق apud Arabes obtinet, quæ est *rodere*, ac *edendo denudare os*, quamvis enim verosimile sit Hieronymum Arabum linguam edoctum non fuisse, illud tamen certum est, illum sæpe in vocibus ignotis ad Hebræum suum pro-

vo-

vocare, qui ipsi hanc significationem ex Arabismo suggerere potuit. Ab hac significatione verbi Arab. עָרַק est עירקתא *vermis* a Baal Aruch ex Thalmude citatum ex Mass. Sabb. pro quo hodie male scriptum exstat אירקתא. Sed redeamus ad illustrationem Jobi. Rabbini Ab. Ezra, Rashi, Kimchi in Libr. Rad. recte monuerunt, *nervos* & *arterias* ab Arabibus עָרַק vocari, & illam significationem hoc loco obtinere; at hoc jam a Viris Doctis annotatum est; illud tantum ad explicationem hujus loci ex Avicenna profero; עָרַק *venas* Arabibus distingui in العروق الضوارب *venas pulsatiles*, quæ continuo motu ac pulsu agitantur, & العروق السواكن *venas quiescentes*, quibus sanguinem contineri, nec continuo motu agitari scribit. Videmus hinc quo pacto Jobus dicere potuerit, quod *venæ suæ non quiescant*. At quid, si de venis pulsatilibus intelligamus, illæ utique quiescere non debebant; & frustra de earum continuo motu conquereretur Jobus; moneo, si ita philosophari velis, verti posse, *venæ meæ non fluunt*, sanguine scil. Arabice سكب *effluxit*, *fluida fuit* aqua ماء سكب *aqua fluida*. Atque hac significatione verbum שכב in Jobo etiam usurpatum reperies infra cap. 38: 37. ut ibid. observabo.

Verſ. 20.

Clamo ad te, & non reſpondes mihi, עמדתי *intentius oro, & cunctaris mihi.* עמד proprie *ſtare* notat; quia autem ii, qui intentius rem agunt, ſurgere & ſtare ſolent, ideo עמד pro intente & omnibus nervis rem agere poſitum fuit. Hac ſignificatione عمد apud Arabes maxime in uſu eſt; unde dicunt تعمّده عمدا *firmo propoſito & omnibus viribus illud fecit.* התבנן *cunctari* vero, etiam ex Arabiſmo, quod annotavi jam ad cap. 23:15. ubi uberiorem hujus loci explicationem reperies. Porro עמד *intende vires*, explicari etiam debet infra cap. 37: 14.

CAP. XXXI.

Verſ. 3. נכר.

Hieron. *alienatio.* Lxx. *ἀπαλλοτρίωσις.* At plus hic eſt נכר & majorem habet vim. Arabibus familiariſſima eſt phraſis اتاه بالمنكر *venit ad eum cum re ingrata & ipſi dura*, a rad. نكر נכר, quod Hebr. & Arabib. eſt *abnegavit*, quaſi dicas rem quam abnegares & rejiceres; ut contra, *rem gratam & acceptam*

ptam

ptam ſtylo Arabum appellabis, *rem agnitam.* Ita dicunt اتاة بالمعروف *venit ad eum cum re agnita*, id eſt, grata & accepta ipſi fecit. Sic in Alcor. Sur. 4. ſæpius قولوا لهم قولا معروفا *grata & accepta ipſis dicite*, in Arab. eſt *ſermonem agnitum*; atque hujus locutionis exempla plurima ex libris Arabum congeri poſſent. Vides quanta ſit vis vocis נכר; tale infortunium quod maxime ingratum ac durum tibi eſt, & quod abnegares ſi liceret. Quæ ante paucos annos de hac voce conjeci, alibi videri poſſunt, ſcil. in Diſput. mea de Utilit. Ling. Arab.*

Verſ. 23. איד.

Commode hic verti poteſt *exitium*, ut ſupra verſ. 3. at ex conſideratione ſequentis hemiſtichii ומשאתו לא אוכל aliud hic per איד intelligendum videtur: ſcil. *majeſtas*, *vis*, *potentia*. *Nam timorem conceperam ab* איד *majeſtate Dei, & excellentiam ejus non poteram ferre.* ايد inter alia notat *potentiam* & *vim*, unde ايد *potens*, & مويد in titulis regum eſt *Auguſtus*; الملك المويد *rex potentiſſimus & ſacratiſſimus.*

CAP.

CAP. XXXII.

Verſ. 12.

VObis cunctatus ſum, ita verba illa עריכם אחבונן verti poſſe docui ſupra ad cap. 23: 15. ubi plura hujus ſignificationis exempla.

CAP. XXXIII.

Verſ. 6. הן אני כפיך לאל.

EGo ſum ſicut tu Deo. פ hic clariſſime ſimilitudinis eſt; hoc uſu autem في præcipue apud Arabes receptum, quod quia in Lexicis non notatur, & ad illuſtrationem hujus loci facit, hic ex idoneis Auctoribus docebo. Hiſt. Tamerl. pag. 50. narratur hiſtoria de Abubecro Zjasbanenſi, qui ſaltu immenſum ſpatium ſuperaverat, interſtitium duorum montium مقدار ثمانية اذرع ما بين الحرف الي الحرف كان قعره في جب المقعر او واد في قعر السعير *ſpatium erat octo cubitorum inter verticem & verticem, fundus ejus erat inſtar*, في in Arab. *putei profundiſſimi, vallis erat profunda inſtar*

في

في *fundi gehennæ.* Sic etiam pag. 310. ejusdem Hist.

علي البحر عاينت جسرا ممددا بناه
اله العرش صرحا ممردا :
باكيت فخلت الدمع في جنباته
رقيق رحيق في زجاج تجمدا :

Describit Auctor his versibus vehementiam frigoris & hyemis, in qua Tamerlanes expeditionem susceperat. Latine ita sonant:

Impositum mari videas pontem, quem,
Deus throni fecit arcem undique levigatam.
Si fleveris, lachrymæ, quæ leniter defluebant,
Restant genis inhærentes instar crystalli congelatæ.

Obiter nota de صرح ممرد male ممرر in Edit. Hinkelm. in Corano memorari, & esse arcem, quam Salomo opera dæmonum exstrui curavit, quæ quasi lacum fluentem aquis repræsentabat, in qua ranæ & omnis generis animantia conspici poterant; ita Kessæus. Unde in Alcor. quum eam arcem ingredi jussa est Sabæorum regina حسبته لجة *reputavit eam ingentem aquarum copiam & crura detexit*, scil. sublatis vestibus, ne madefierent.

Hæc

Hæc reperies in Alcor. Sur. 27. verf. 44. & latius explicata in Keffæo. Porro في fimilitudini infervit apud Alkafwin. de rhinocerote له جثة في جثة الفيل *corpus habet inftar corporis elephantini.*

Ibid. ad verf. 6. מחמר קרצתי גם אני.

V Ulg. *de eodem luto formatus fum*; alii, *excifus fum.* Significatio verbi קרץ non accurate ftatuitur a Lexicographis; Kimchi ei tribuit ענין כריתה וגזרה *fignificationem fuccifionis*; fic noftri Lexicographi etiam. Mihi aliter videtur, & verbum קרץ nihil aliud notare puto quam fimpliciter *comprimere*; id patet ex collatione Prov. 6: 13. & 16: 30. ubi quod in uno loco eft קרץ, id in altero עצה *comprimere* eft; dein fignificatio a Kimchio pofita locis Prov. 6: 13. & 10: 10. & 16: 30. omnino non convenit; at *comprimendi* fignificatione nihil aptius; hanc veram verbi קרץ notionem confervavit nobis Arabifmus; ubi قرص notat rem *duobus digitis comprimere*, quod Belgica voce *nypen* dicimus, examina loca ex Prov. citata, & reperies quam optime illa fignificatio conveniat. Elegantiffimum etiam fenfum fundit hæc fignificatio in hoc loco; nam prima & fimplici

ci notione *comprimendi* transfertur apud Arabes ad rem pistoriam aut figulinam, & notat massam *divellere* compressis digitis, ad formandos panes, vel vasa figlina; facile apparet quam elegans sit hæc significatio hoc loco; comparat enim Elihu humanum genus חמר *massæ luteæ*, ex qua ipse eodem modo ac Jobus tanquam digitis compressis a figulo divulsus & efformatus sit; nemo ignorat Deum sæpius figulo comparari in sacris literis.

Vers. 7. אכפי.

Vox ἅπαξ λεγομένη, quam idem notare volunt multi ac כף *manus*; sic LXX. χεὶρ reddunt; at Hieronymus *eloquentiam* exponit, nullo talis significationis vestigio. R. Levi in genere דבר קשה *rem gravem*, puto, quia cum יכבד conjungi videbat; alii aliter. Forte est Arabicum אכף اكاف & وكاف *clitellæ*, *sarcinæ*; aut simpliciter ثقل *onus*, prout etiam exponitur. Sic Chaldæus טונא *onus* reddidit. Conferri tamen meretur cap. 13; 20. ubi eadem fere verba, quæ in hoc vers. leguntur, ubi כף est, hoc est, *manus*.

Vers.

Verſ. 16.

Tunc revelat, aperit, *aurem hominum* ובמסרם יחתם varie hæc ſolent exponi ab eruditis Interpretibus. Verba Hebraica ita ſonant, *obſignat caſtigationem eorum*, quod aliquando cogitavi intelligi poſſe de ſecreta & nocturna Dei eruditione, per ſomnia ſcil. & viſiones nocturnas, de quibus hic loquitur Elihu; at cum attente vim locutionis Hebrææ conſidero, mihi videtur ex genuino Hebraiſmo ita non intelligi poſſe; nam *obſignare*, & *ſigillo* quaſi *recondere*, *caſtigationem*, aut *crimen*, aut *pœnam*, denotat illam ſuo tempore certiſſime infligendam eſſe. Ita quidem videtur ex Deut. 32:34. ubi rebellio Judæorum & ejuſdem ultio חתום *obſignata* & *recondita* a Deo dicitur. Quod ſi hoc mihi largitus fueris, *obſignare pœnam*, denotare, quod certiſſime a Deo infligenda ſit, videtur verbum חתם notione *obſignandi* hic locum habere non poſſe; non enim iis, quibus gratioſe noctu apparet, quos ab operibus malis retinet, quos a fovea ſervat, quæ omnia in ſequent. memorantur, pœnam Deus obſignat & infligendam deſignat. Itaque חתם hic ex Arabiſmo explicandum eſſe puto. Arabica autem ejus verbi

bi significatio hic optime convenit. حتم seu חתם ab Lexicographis Arabum declaratur per اوحى, quod notat *revelavit*, *inspiravit*, de inspirationibus Dei sæpissime in Alcorano usurpatum; locum ergo ita verto: *Tunc aperit aurem hominum & eruditionem eorum inspirat*, adeo ut גלה אזן, quod sæpe de inspirationibus divinis sumi linguæ periti norunt, & חתם synonyma sint; hæc paulo confidentius scribo, quod videam conjecturam meam firmari ex cap. hujus libri 36: 10. ubi pro phrasi nostra יחתם *eruditionem*, est יגל אזנם למוסר *inspirat eruditionem*; ergo חתם *inspirare* notat, & est idem quod גלה אזן. Conferatur etiam vers. 15. ejusdem cap. 36.

Vers. 27. ישור.

Contemplabitur. Ita R. Levi; at Ab. Ezra vertit יסוב *circumibit*, quod melius loco quadrat; atque hæc est significatio verbi سار apud Arabes. Forte شور, quod Arabibus *consilia dare* est, hic occurrit; certe optime hic convenit; quod locum inspicienti evidenter apparebit.

CAP. XXXIV.

Verf. 36.

P*Ater*, *probetur Job* עד נצח *uſque ad finem*, vertit Hieronymus, Chaldæus עד עלמין *in æternum.* Rectius meo judicio נצח hic *ſinceritatem* & *veritatem* ex Arabiſmo notat. *Probetur Job vere*; hanc ſignificationem alibi etiam in voce נצח aliquot exemplis demonſtravi; quibus addo Habak. 1: 4. ubi משפט נצח & משפט מעקל *judicium perverſum & detortum* opponuntur, ergo judicium נצח eſt *judicium ſincerum & verum.* In illo loco Habak. מכתיר vox obſcurior forte eſt ab Arab. كثر *multitudine ſuperare.*

Ibid. *Propter reſponſa* באנשי און verto *inſtar injuſtorum.* ב hic comparationis particula, ut Arab. في *in*, quod ſupra ad cap. 33. 6. docui.

Verſ. 37. בינינו.

Inter nos, non ſatis hic congruit. בין hic ex Arabiſmo *coram* notat. Ita pro Græco ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων Arabs habet بين الناس בין אלנאס; & ſic frequentiſſimum eſt in

in locutione illa وبين يدي, quam supra explicui ad cap. 15: 23.

CAP. XXXV.

Verſ. 10.

Qui *dat cantica* בלילה *in nocte*, id eſt, ſtylo Arabum, in dura & adverſa fortunà. Sane nihil frequentius eſt in libris Arabum quam *infortunia* nomine *noctis* deſignare; hinc ליל ليل etiam per داهية *infortunium opprimens* in Camus exponitur. Hinc Abulola Moarrenſis poeta Arabs:

ومر بفراق شيمتها الليالي
تجيبك الي ارادتك امتثالا

Impera ut miſſam faciant naturam ſuam pravam noctes,
Et annuent voluntati tuæ obſequendo.

Noctes, id eſt, adverſæ & iniquæ fortunæ.

CAP. XXXVI.

Verſ. 9. ויגד להם פעלם ופשעיהם כי יתגברו.

Et *indicat iis flagitia eorum & peccata eorum, nam ſuperbe ſe geſſerunt.* Differt

fert hæc verſio aliquantulum a cœteris verſionibus. פעל, ut vides, verto *flagitium*, licet fere alias pro actione bona ſumi ſoleat, ſic Arabicum فعلة uſurpatur. Alcor. Sur. 26. 18. introducitur Pharao Moſi homicidium, quod perpetraverat, objiciens his verbis: فعلت فعلتك التي فعلت وانت من الكافرين *Tu ſcelus tuum perpetraſti & ex impiis es.* Pro *ſcelere* etiam ſumitur פעל Pſal. 9: 17. & 28: 4. Idem obſervo in מעשה pro *ſcelere* ſumpto Job. 33: 17. ex collatione ſequentis hemiſtichii, licet non ignorem aliter a Viris Doctis exponi; de מעללים & תעללים ita uſurpari ſolitis, innotuit ex Lexicis, ideoque moneo tantum. Major eſt utilitas in verbo יתגברו, quod non unius loci explicationi inſervit. Quidam Interpretes verbum hoc de *multitudine* peccatorum explicant, *peccata eorum multa fuerunt*, at hoc eſt contra perpetuum hujus verbi uſum, cum nunquam de *magno numero* uſurpetur; alii ad *gravitatem* ſcelerum referunt. Ego ex collatione cap. 15: 25. verto, *ſuperbe ſe gerunt.* Arabice התגבר ſeu تجبر notat *ſuperbire*, unde per تكبر ab Lexicographis Arabum declaratur, eſt autem כבר كبر *ſuperbum eſſe* etiam apud Hebræos, & تكبر eſt *ſemet extulit & ſuperbivit.* كبر & كبرياء *faſtus, ſuperbia.* Eſt ergo התגבר

ſeu

ſeu تجبر primo *ſuperbire*, unde جبر a Golio exponitur *admodum ſuperbus*, & جبرية *ſuperbire*. Orientalibus autem illi potiſſimum dicuntur *ſuperbire*, qui in Deum contumaces ſunt, & inobedientes, impii, unde in Alcorano متكبر *ſuperbus* ſæpiſſime pro *impio* ponitur, & inde etiam forte *peccata graviora* كبائر vocat Mahomed, quod ex ſuperbia, id eſt, protervia fere oriantur, quemadmodum etiam lex diſtinguit inter peccata quæ fiunt *errore*, & quæ *elata manu* & בזדון *ſuperbia* Deut. 17:12. Alcor. Sur. 53:32. الذين يجتنبون كبائر الاثم والفواحش الا اللمم *Qui declinant a gravioribus peccatis & impuritatibus, niſi a levioribus peccatis*, &c. Sic etiam Sur. 4.35. & apud Abulphar. Hiſt. Dynaſt. pag. 137. كبيرة eſt *peccatum mortale*. Porro Arabicum verbum عتا *ſuperbire* ſæpe in Alcorano *impium & in Deum contumacem eſſe* notat, & apud Keſſæum كفرة عتاة *impii* & *ſuperbi* conjunguntur. Sic Hebr. זיד *ſuperbire*, & זדון *ſuperbia* etiam de contumacia & impietate erga Deum uſu veniunt. Patet hinc quid ſit locutio illa כי יתגברו *quia ſuperbi fuerunt*, id eſt, *inſolenter & impie ſe geſſerunt*. Ita ſupra cap. 15:25. de impio dicitur, *tendit adverſus Deum manum ſuam, & contra Deum* יתגבר, id eſt, كبائر *committit*,

mittit, *superbus est*, *impie se gerit*. Alii vertunt, *erga Deum viriliter se gerit*; quo nescio an absurdius aliquid dici possit. Porro verbum גבר non tantum in Hitpahel notat *superbire*, sed etiam in Kal, ita occurrit Gen. 7: 24. de aquis diluvii ויגברו המים על הארץ, quod nimis leviter redditur a Vulg. *obtinuerunt aquæ terram*. Ego reddi posse puto: *Et superbæ fuerunt aquæ super terram*. Nam in eodem negotio Mahomed in Alcorano suo eandem phrasin adhibet Alcor. Sur. 69: 11. انا لما طغي الما حملناكم في لجارية *Utique nos suscepimus vos in arca, quum aqua superbiret*. Superbia solenni locutione aquis tribuitur ab Orientalibus, quum terram obruunt & inundant, quod pluribus illustratum reperies infra ad cap. 38: 11. Hinc porro est גבור & Arabicum جبار, quod hominem *superbum* vi vocis notat apud Arabes, unde postea pro *insolenti* & ὑβριστῇ ϗ πάντος ὑπερόπτῃ καλοῦ usurpatur: quia autem significatio hæc non adeo nota est, & sacro textui explicando non parum inserviat, e re duco luculentioribus eam exemplis demonstrare. Alcor. Sur. 11. 6. تلك عاد جحدوا بايات ربهم وعصوا رسله واتبعوا امر كل جبار عنيد *Illi Aditæ miracula Domini sui abnegarunt*,

garunt, *& legatis refractarii*, *mandatum omnis* גבור *superbi & rebellis secuti sunt.* Vides hic جبار conjungi cum عنيد *rebelli* præsertim *in Deum*, justi æquique contemptore. Sic Sur. 19: 33. introducitur Christus ita loquens: لم يجعلني جبارا شقيا *Non fecit me* Deus *superbum & sceleratum.* Hic, جبار jungitur cum voce شقي, quod proprie *hominem miserum* notat, a rad. شقا *miserum esse*, stylo autem Alcorani *hominem sceleratum & impium* denotat, prout Gallis *un miserable.* Hoc sensu vocem hanc reperio Sur. 87. 11. ubi de doctrina sua Mahomed inquit: يتجنبها الاشقي *Rejicit eam miser*, id est, *impius.* Et Sur. 92. 15. de igne infernali, لا يصليها الا الاشقي *non uritur eo nisi miser*, impius. Iterum جبار *superbum* notat & *impium* in Alcor. Sur. 40. 37. يطبع الله علي كل قلب متكبر جبار *Indurat Deus cor omnis inflati & superbi.* Ita Hebræum גבור in malam partem etiam aliquoties ponitur pro *contumaci*, *superbo*, aut *impio*. Psal. 52: 3. *Quid gloriaris in malo* הגבור *o superbe*, *impie.* Zeph. 1: 14. *Vox diei Domini*, *amare exclamat in eo* גבור *impius.* Saltem Gen. 6: 3. גברים *superbos* & ὑβρίστας notare extra controversiam videtur. Atque hinc etiam Nimrod גבור au-

dit apud Mosen, & الجبار apud Arabas non uno in loco; hoc Clar. Hyde in Relig. Vet. Pers. aliquoties *gigantem* transfert, & Pocokius verba Abulphar. in Hist. Dyn. النمارده الجبابره vertit *Nimrodes gigantes*; at, quod pace tantorum virorum dixerim, non ea est vis vocis جبار in hoc epitheto, neque Orientales Nimrodem gigantem fuisse docent, ut multi, vocem non recte intelligentes, putant; sed גבור apud Mosen & جبار apud Arabes hic notat hominem insolentem, superbum, & tyrannicum, quod, præter exempla supra ex Corano adducta, sequentia etiam probant. Abulph. Hist. Dyn. pag. 72. *Chaldæi gens sunt antiquitus dominatrix, regibus inclyta, ex quibus quidam Nimrodes fuere & גברים tyranni.* كان منهم النماردة الجبابرة ac inter eos mox Nebucadnezarem recenset. Nimrodes etiam vocat reges tyrannicos, quod etiam Cl. Herbelotus in Biblioth. Orient. annotat omnem tyrannum & rebellem, Nimrodem vocari ab Arabibus. Porro inter epitheta Dei apud Arabes est الخافض, scil. من يخفض الجبرين والفراعنة ويضعهم *quod deprimat* גברים *Tyrannos & Pharaones & deturbet eos.* Zjeuharius. Obiter observa *Pharaonem* pro homine tyrannico & crudeli usu venire. Ita etiam in Hist. Tamerl. كان فرعون

فرعون من بلاد تركستان قد علا وعتا *omnis Pharao ex Turkistania superbus & impius.* Reges etiam impios & tyrannicos جبابرة appellat Damirius. ان بعض جبابرة الملوك بالعراق كان يعذب بالبعوض *Reges aliqui* גברים *impii Iracæ*, id est, Erech, Babyloniæ, per culices puniti sunt. Haud dubie respicit ad fabulam, quam de Nimrode musca interfecto tradunt Rabbini, quam avide pro more arripuerunt Mahomedani, qui ulterius etiam nugis indulgentes, ipsum muscæ istius nomen ignorare noluerunt; *Sokeina* enim eam vocari auctor est Phiruzabad. in Camus: سكينه الاتان واسم البقة الداخلة انف نمرود *Sokeina est asina, & nomen culicis, qui ingressus est nares Nimrodi.* Similia de Tito Imperatore, culice interfecto, fabulantur Thalmudici in Codice Gittin cap. 5. quod putidissimum est commentum.

Vers. 13.

Hypocritæ ישימו *iram, & non invocant Deum, cum vincivit eos.* Ex scopo & connexione textus ישימו ex Arabismo exponendum videtur. שים سام Arabice est *vilipendit*: *Hypocritæ parvi æstimant, vilipendunt iram Dei, & non invocant eum quum vin-*

 cit

cit eos. Ita quidem verba melius cohærent quam si ישימו vertas *deponunt*, vel cum Hieronymo *provocant.*

Verſ. 18.

Quia ira eſt, ne te forte removeat בשפק, quidam *cum exploſione*, alii *cum plauſu & lætitia.* שפק notat proprie *percutere*, unde hic שפק *percuſſio*, *ictus*, בשפק *uno ictu*, ut Belgæ vertunt, id eſt, ſtylo Arabum, *momento*, *una vice*, ut Gallice *d'un coup*. Sic دفعة *ictus* uſurpatur ab Abulphar. Hiſt. Dyn. pag. 375. ubi de infauſto & imperito quodam Medico hoc carmen ſcommaticum profert, ثلثة تدخل بدفعة طلعته و النعش و الغاسل *Tres ingrediuntur ictu, aſpectus ejus, & feretrum mortui, & qui mortuos lavat. Ictu*, id eſt, ſimul, unico momento. Sic alibi ſæpe. Vid. etiam Hiſt. Sar. pag. 99.

Verſ. 21.

Caveas, & ad vanitatem ne circumſpicias, nam hoc pacto בחרת *ex afflictione.* Significatio verbi בחר *eligere* hic omnino convenire non poteſt; quid enim eſſet, *eliges ex afflictione?* Hoc animadvertentes Lxx. Seniores, ſenſum ita

ita reddiderunt, ἐπὶ τούτων γὰρ ἐξείλω ἀπὸ πτωχείας. Certum est sensum hunc postulare seriem orationis; at verba illum pati non videntur. Videamus an non commodum sensum ex Arabismo hic eruere valeamus. Verbum بحر בחר varie exponitur ab Lexicographis Arabum. Primo per شق & خرق *fidit* & *laceravit*, quod hic non convenit. Secundo per بطر, quod est verbum anceps, & notat illum animi affectum & commotionem, qui oritur من شدة حزن او سرور *ex vehementia doloris aut gaudii*. Ad primam pertinet significationem, quod a Jauhar. exponatur verbum بحر per تحير من الفزع *attonitus fuit præ metu*; ad posteriorem, lætitiæ scil. facit quod بحر & in decima conjugat. استبحر declaretur per انبسط *soluto animo ac vultu fuit, gaudium & delectationem concepit*; unde انبساط *gaudium* in Hist. Tamerl. pag. 425. & alibi. Hæc significatio ultima verbi בחר, scil. *soluto animo esse* & *gaudium concipere*, hic quadrat. *Hoc pacto læto & bono animo eris* מעני *nulla amplius afflictione*, prout ita reddi posse ex natura Hebraismi linguæ periti norunt, vel *ex afflictione*, sensu etiam satis commodo; vel si עני hic sumas cum LXX. Interpretibus pro πτωχεία *paupertate*, בחרת ex Arabismo etiam reddi posset,
di-

dives evades; nam בחר بحر Arabibus est *vir dives* & *generosus*, & تبحر في المال est كثر ماله *opibus abundavit*; uno verbo radix בחר بحر Arabibus est *latus* & *amplus fuit*, unde *mare* بحر, & dicitur de *divitiis*, ut vidimus, de *lætitia*, ut etiam monui, cor enim gaudio perfusum, *latum* & *amplum* vocant Orientales, ut contra *arctum* & *angustum*, quod tristitia premitur; de aliis etiam rebus בחר بحر dicitur, quum earum multitudo & amplitudo notatur; ita dicunt تبحر في العلم *profunda* & *ampla fuit scientia*. Abulphar. Hist. Dyn. pag. 377. de imperitis Ægypti Astrologis: *Haud aliò fundamento nituntur descriptiones eorum Astrologicæ, quam tabula quam delineant, & centris quæ ordinant,* &c. واما التبحر ومعرفة الاسباب *at quod ad profundiorem scientiam, in cognitione causarum, occasionum*, &c. *nemo eorum ad hunc gradum ascendit.* Eodem modo dicunt, استبحر في القول *longus fuit & profunde immersus in sermone*; quorsum forte referendum est quod legitur supra in Jobo cap. 9: 14. אבחרה דברי עמו *profundius inquiram in verbis meis cum ipso*, rem a fundo repetam; ut modo ex Abulphar. vidimus تبحر esse معرفة الاسباب و العلل *cognitionem causarum & occasionum.*

Vers.

Vers. 27. כי יגרע נטפי מים.

Hieronymus, *qui aufert stillas pluviæ*, sensu satis incommodo. Lxx. Ἀριθμηταὶ δὲ αὐτῷ σταγόνες ὑετοῦ. גרע hic omnino ex Arabismo explicandum videtur, *haurire* scil. جرع, quam significationem etiam supra cap. 15:8. obtinere demonstravi: *nam haurit stillas aquæ*. Alias גרע nunquam *attrahere*, ut quidam hic vertunt, sed semper *detrahere* & *imminuere* notat.

CAP. XXXVII.

Vers. 14. עמד.

EX Arabismo explico, *vires intende & considera*, عمد *attente* & *consilio*, *omnibus viribus* quid *agere*. Vid. etiam supra ad cap. 30:20.

Vers. 22.

Ex septentrione venit זהב. Lxx. νέφη χρυσαυγοῦντα. Arabice ذهب notat *præstringere oculos*, proprie ex *auri* fulgore, sed ad alia etiam transfertur, unde in Alcorano سنا برقها

برقها تذهب بالابصار *Splendor fulguris earum præstringit oculos.* Est ergo זהב hic *splendor*, qui præstringat claritate oculos. Sic in Hist. Tamerl. pag. 190.

CAP. XXXVIII.

Vers. 10. ואשבור עליו חקי.

C*Ircumdedi illud terminis meis*, mare scil. ita Hieronymus, ut Lxx. ἐθέμην δὲ αὐτῇ ὅρια. שבר sæpe *frangere* notat, quæ tamen significatio hic non convenit, quid enim est *fregi super eo statutum meum*, ad indicandum justos mari terminos esse positos; cogitavi aliquando agi de diluvio, atque hoc modo verbum שבר in significatione *frangendi* retineri posse, *fregi pro illo*, mari, *statutum meum*, at sequens hemistichium illud non admittit, *posui ei vectem & ostia*, & vers. 11. *Dixi, usque huc venies & non procedes amplius.* Itaque rectus omnino est sensus, quem Lxx. & Hieronymus dederunt, quemque etiam maxima Interpretum pars amplectitur, at tunc forte melius & sensui convenientius שבר exponi posset ex significatione verbi Arabici شبر *spithama dimetiri*, *spithama dimetitus sum ei statutum finem*, eodem modo ac in Esaja legitur

cap.

cap. 40: 12. *quis cœlos* בזרת תכן *spithama dimetitus est.*

Verſ. 11. גאון.

Superbia tribuitur *fluctibus maris.* Frequentiſſimum eſt apud Arabes, aquas undis agitatas & exæſtuantes *ſuperbas* vocare; ita بحر زاخر apud Zjeuharium eſt *mare tumidum & æſtu excreſcens*, proprie *mare ſuperbum*, ab زخر *ſuperbivit*, unde تزاخر *de gloria invicem contendere* apud Arabs in Hiſt. Tamerl. apud eundem Auctorem etiam invenitur الما العجاج و التيار الزخار *aqua murmurans & unda ſuperba.* Idem obſerva in verbo طغا, quod proprie *altum*, *elatum eſſe* notat, ut Hebr. גאה, unde طغوة vel طغية *jugum montis*, ſecundo notat *ſuperbire*, quod aquis tributum invenio in Alcorano Sur. 69: 11. de diluvio انا طغي الما حملناكم في الجارية *Quum ſuperba fuit aqua, ſuſcepimus vos in arca.* Hiſt. Tamerl. pag. 13. ووصل تيمور وجماعته الي جيحون وكان اذذاك مثلهم طاغيا *Et pervenit Timur & turba ejus ad Oxum fluvium, qui tunc, ut illi, ſuperbus erat.* Ita etiam in Pſalmis invenies המים הזידונים Pſal. 124: 5. & גאות הים Pſal. 89: 10. *ſuperbia maris.* Quænam autem ſit illa ſu-

superbia, mox additur, scil. שוא גליו *elatio fluctuum*. Hac occasione lubet illustrare radicem Hebraicam פחז, cujus vera significatio ab Eruditis nondum animadversa est; verbo פחז Kimchius in Lexico tribuit significationem קלות *levitatis*, quem omnes fere Lexicographi & Interpretes sequuntur, inducti potissimum loco Gen. 49: 4. פחז כמים: nam nihil melius aquæ convenire putabant quam *levitatem* & *instabilitatem*; aliter tamen Lud. Capellus, qui verbo huic tribuit notionem *ἀσελγείας* & *impudicitiæ*, conferens Syrum פחזותא *impudicitia* & Arabicum فحش *impudicus fuit*: at inspice loca, & animadvertes eam significationem non adeo convenire præsertim Genes. 49: 4. nam qua ratione aqua *ἀσελγὴς* & *impudica* dici possit non video; ut tandem aliquid certi de hoc verbo פחז statuamus, ei tribuendam puto significationem *superbiendi* vel *falso gloriandi*, quam in Arabismo obtinet; فخز פחז scil. est *superbire*, & dein, quod superbis maximè proprium est, *falso gloriari*. Certe nulla significatio convenientior excogitari potest loco Zeph. 3: 4. ubi de falsis Prophetis dicitur quod sint פוחזים: Utique non tam his convenit *impudicitia*, nec *levitas*, quam *superbia* & *falsa gloriatio*; eodem modo etiam falsis Prophetis tribuitur Jer. 23: 32.

32. פחזות, & cum שקר jungitur manifesto indicio ad significationem à me positam; sic Jud. 9: 4. *homines vani &* פחזים *mendaces, falsa sibi tribuentes, superbi*: tandem nulla significatio aptior est Gen. 49: 4. quam *superbiæ, superbus instar aquarum*; quod ex iis, quæ antea præmonuimus, clarum est; sensus est, Rubenis libidinosum animum, instar fluminis superbi, id est, ex alveo erumpentis; (ut supra Oxo fluvio ex alveo exundanti superbiam tribui vidimus) evagasse ad perpetrationem flagitiosi delicti; ad hunc sensum Onkelos etiam locum declaravit. Eodem fere modo *ira*, ut hic ἀσέλγεια, fluvio exundanti comparatur Prov. 27: 4. & Esaj. 30: 28. כרוח כנחל שטף *ira ut fluvius exundans.* Huc forte etiam non male referri posset vox difficilior & ἅπαξ λεγομένη שצף Esaj. 54: 8. ubi plurimi Interpretes τὸ שצף *parvum* vel *momentaneum* exponunt, Lxx. Hieronymus, Chaldæus, ex posterioribus Ab. Ezra, Kimchi, & ex Christianis fere omnes; argumentum, quo significationem hanc stabiliunt, satis infirmum est, volunt scil. שצף & עולם inter se opponi, quorum illud *ævum* notat & *tempus diuturnum*, hoc ergo *tempus breve* & *momentaneum* notare necesse est; ita instituunt Kimchi & Aben Ezra, cœterique Interpretes; at si locum attente

K in-

inſpicias, non שצף, ſed רגע *momentum* τῷ עולם opponitur; malo ergo שצף cum rad. שטף conferre, & שצף קצף vertere, *in ira exundanti*, ut Eſaj. 30: 28. *in ira exundantia abſcondi faciem meam* רגע *momento a te, at miſericordia* עולם *æterna miſerebor tui*; ita Syrus Interpres ברוגזא רבא *ira magna*, & R. Menahem apud Jarchium in Comment. מנחם פתר חרי אף: *Menahem expoſuit, excandeſcentiam iræ*; ſic Kimchius: מלת שצף פירש מנחם לפי הענין בחרי אף *vocem* שצף *reddidit Menahem ex ſenſu in excandeſcentia iræ*. Aliud ſuccurrit ad illuſtrationem vocis hujus, quod etiam certius puto; ſcil. שצף non per *exundationem* exponere, ſed *vehementiam*, *duritiem*, a radice Arabica شظف *durum*, *vehementem eſſe*, unde شظاف *vehementia, durities*, צ Hebræo in ظ pro more mutato, ſic pro Hebr. עצם Arabes habent عظم, pro צל Arab. ظل, pro צלע eſt ظلع, pro צהר eſt ظهر, pro צען Eſaj. 33: 20. Arabes dicunt ظعن *tranſmigrare*, *transferri*, idem quod נסע; ظمي *ſitire* pro צמא, ظلمة *tenebræ* pro צלמות, denique צלמון *Tzalmon* mons a nive ſic dictus, unde Pſalm. 68: 15. תשלג בצלמון *ningebat in Tzalmone*. צלם veteribus Hebræis fuit *nix*, quæ Arabibus eſt טלם ظلم.

Verſ.

Verſ. 16.

Numquid perveniſti עד נבכי ים *ad* נבכי *maris.* Lxx. *πηγὴν θαλάσσης*, forte reſpicientes ad rad. נבע *ſcaturire*, quaſi נבעי. Hieronymus *profunda maris.* Ab. Ezra *fluctus.* R. Levi *profunda.* Jarchi *clauſtra.* Solet fere referri ad rad. בכה *flere.* Ita Kimchi & eum ſecuti plurimi Lexicographi; at quid ſunt *fletus* vel *lacrymæ maris*; audi Guſſet. Virum in Hebraicis verſatiſſimum, de hac voce: *Laudandus eſt conatus*, inquit, *quo vox ignota ita redditur probabiliter, ut ſi lacuna mera ibi in libro occurrens ſuppleretur.* Poſtea ſubjungit: *Hoc unum ſuccurrit, quia in fundo ſit limus & alga plantaque aliæ, e quibus ſi premerentur guttæ lacrymis ſimiles exirent, eorum reſpectu fundum denominatum* נבכי ים. *Sed ne hoc quidem ſatis naturale eſt.* Hoc pacto ipſe interpretationem ſuam rejicit Celeb. Guſſetius, quam nemini etiam ſatisfacere poſſe puto; neque a rad. בוך cum Jarchio melius derivari poteſt. Arab. נבך نبك a Golio exponitur *collis acuto vertice*; quod egregie ſcopulis in fundo maris convenit, a rad. نبك *altus, editus fuit*; inde locum noſtrum ita vertere licet, *an ad ſcopulos maris perveniſti?*

Verſ. 25. חזיז קלות.

Rabbini & Doctores Thalmudici חזיז inter nomina nubium ponunt, de quo vid. Kimchi in Lexico, non recte ſatis; melius חזיז per *fulgetra* exponi puto, quod derivari ſolet ab Eruditis a rad. חזה *videre.* Ego in hanc rem confero rad. Arab. חזז حز, quod notat *ſecuit*, *fidit*, & per اشر peculiariter exponitur a Zjeuhari, *incidit* ſeu *ſecuit crenatim*; hoc fulgetris applicant Arabes; ita de fulmine dicunt اشر *coruſcavit*, proprie *ſecuit* nubem ſcil. עקיקה عقيقة *fulgetrum* ab rad. עקק عق *fidit*, *ſecuit.*

Verſ. 37. נבלי שמים מי ישכיב.

Hieronymus, *concentum cœli quis dormire faciet.* Quæ verſio licet tolerari non poſſe videatur, ejus tamen rationem reddere non inutile erit, ſcil. נבל inter organa muſica numeratur & ſæpiſſime legitur in Pſalmis; quum autem de *concentu cœlorum* cogitat Hieronymus, procul dubio in animo habuit veterum Philoſophorum & Platonis placita, de concentu muſico & harmonia cœlorum, quæ a ſanioribus Philoſophis merito rejiciuntur. Lxx. locum ita vertunt,

tunt, ὑέρινὸν εἰς γῆν τίς ἔκλινε. Sensus videtur hic esse, *quis cœlum in orbem incurvavit circa terram*, ut ei incumbere videatur. Alii ita vertunt, *utres cœlorum quis cubare fecit*, hoc est, *quis imbres e cœlo decidentes potest inhibere?* At si vers. seq. inspicias, omnino contrarius sensus videtur, scil. *quis pluviam cœlitus demitit, quum terra durescit*, &c. Itaque malo ex Arabismo שכב hic vertere *effudit*, quæ est significatio verbi Arab. سكب *utres cœlorum quis effudit*; nubes vocat utres cœli, quia aqua cœlestis in iis tanquam in utribus continetur. Certe Kimchi etiam duas significationes tribuit radici שכב, scil. *jacendi* unam, & ענין ירידה ושפיכה *significationem descensus & effusionis*; quorsum etiam refert præter hunc locum nostrum locutiones שכבת זרע in Lege Mosaica & שכבת טל Exod. 16. & vocem משכב 2 Sam. 17: 28. quæ cum ספות *pelvibus* conjuncta est. Vas scil. intelligit, in quo *effundunt* aquam ad manus lavandum; plurimi tamen Interpretes משכב ibi exponunt *lectos*, κοίτας ἀμφιτάπυς Lxx. *stratoria* Hieronymus, atque sic hodierni Interpretes plurimi. Hæc ex Kimchii libro Radicum, ex quibus exemplis *effundendi* significatio satis certa videtur; confer etiam quæ supra ad cap. 30: 17. annotavi.

CAP. XXXIX.

Verſ. 3.

MUlta hoc verſ. occurrunt obſcuriora & attenta conſideratione digna; de ibicibus partum edentibus תכרענה *incurvantur* nempe ad partum. Sic 1 Sam. 4: 10. תכרע ותלד *incurvavit ſe & peperit*. Sequitur ילדיהן תפלחנה, quod plus negotii exhibet Interpretibus; audi ſummum virum Sam. Bochartum: *Non facile eſt dictu*, inquit, *quid ſit illud* תפלחנה, *niſi dicamus, idem eſſe quod* תפלטנה *pariunt, Cheth & Teth permutatis, quæ tamen literæ non ſunt ullo modo permutabiles. Nam prorſus coactum eſt, quod hic afferunt, diffindunt fœtus ſuos, id eſt, matrice diffiſſa & divulſa, illos in lucem edunt.* Verum phraſis illa *findere fœtus*, pro matrice divulſa in lucem edere, non tam inſolens eſt, uti Bocharto videtur; nam ex genio Arabicæ & Hebrææ linguæ recte hoc dici poteſt, quod exemplis aliquot probatum ibo; *findere* dicitur, vel mater, quum fœtum emittit ex utero, vel fœtus ipſe, quum ex matrice prorumpit. Prioris locutionis exempla ſunt Eſaj. 59: 5. & 34: 15. ביצי צפעני בקעו *ova baſiliſci pariunt*, proprie *findunt*: ea enim eſt

est vis verbi בקע. Sic cap. 34: 15. תמלט ובקעה ודגרה *parit*, *&* *findit*, *&* *fovet*, ubi vides *parere* & *findere* ut synonyma jungi. Frustra sunt illi qui בקע in his locis explicant *ovo excludere*, nam si attente inspicias priorem locum, animadvertes verbum בקע non referri posse nisi ad matrem ova parientem & utero excludentem; postea enim subjungitur, *qui compresserit illud ovum*, quæ de ovo excluso & diffracto dici non possent. In posteriori loco res non minus clara est, nam in eo בקע immediate cum מלט *parere* jungitur & antecedit דגר *fovere*, sed *exclusio ovi* fotum sequitur, non antecedit, ergo ad exclusionem ex utero matris referri debet. Sic Arabes dicunt عق *fidit* animal, id est, fœtum fuit & partui vicinum, ut jam jam uterum diffindat. בקר بقر Arab. est *findere*, unde Hebr. בקר *bos*, quod terram aratro scindat, hoc *partui* etiam applicant Arabes, unde dicunt ابقر الناقة عن جنينها apud Zjeuhar. hoc est, *finde a fœtu suo camelam*, hoc est, matrice diffissa eam a fœtu libera; eodem modo dicunt انشقت عن جنينها *fissa fuit*, *a fœtu* liberata, eum utero excludit. Hæc exempla locutionem, quæ hactenus adeo insolens visa est, quamque Bochartus plane rejiciebat, usitatam esse & satis familiarem præsertim apud

Arabes evincunt. Contra etiam fœtus ipse, quum ex utero matris prorumpit, *findere* dicitur. Verbum פרץ primario *findere*, *rumpere* notat, illud de fœtu etiam usurpatur, cum fisso matris utero in lucem prodit. Gen. 38: 29. primogenito Thamaris nomen datur פרץ *Perets*, quod ante fratrem suum, gemelli enim erant, ex matrice proruperit מה פרצת עליך פרץ *quid fidisti* matricem scil. *super te sit fissio*, id est, ab ea nomen habeas. Nihil familiarius est Hebræis quam primogenitum פטר רחם *findentem* vel, si mavis, *fissionem uteri* vocare, qui vel ipse matricem *findat*, vel pro eo a matre *findatur*; verbum פטר enim nihil aliud notare quam *findere*, ut Arab. فطر, & ad eam significationem primariam omnes varios usus ejus verbi revocari posse alibi latius ostendo.

Sequitur in Jobo posterius hemistichion חבליהם תשלחנה. Hieronymus, *rugitus emittunt*, nempe quia qui dolore angitur, rugit & clamat. Alii, *dolores suos emittunt*, hoc est, a doloribus liberantur; at vellem exemplum talis locutionis, nam ex genuino Hebraismo שלח חבלים *dolores mittere*, non est ab iis liberari, sed eos immittere, ut שלח רעה est *immittere malum*, non *ab eo liberari*, שלח דבר *immittere pestem*, שלח צרה *immittere angustiam*,

gustiam, & ejusmodi locutiones quam plurimæ in sacro codice occurrentes, ubi semper שלח in contrarium sensum sumitur quam Interpretes hic volunt. Nihil ergo convenientius hic videtur quam חבלים hoc loco ex Arabismo explicare, prout ante tres fere annos in Disput. mea de Utilit. Ling. Arab. proposui. Observo itaque primo verbum שלח in Pihel, ut hic, de animalibus usurpatum, notare *emittere fœtum*, metaph. deducta ab arboribus & plantis, quæ quum pullulant & ramos emittunt שלח dicuntur. Vid. Psal. 80: 12. Jer. 17: 8. & alibi, eodem modo ut אמר *ramum* notat arboris & *agnum*, צמח *germen* plantæ & hominis. שלח esse *fœtum emittere* & ad partum referri debere patet ex Job. cap. 21: 11. ישלחו כצאן עויליהם *emittunt*, id est, pariunt, *ut oves parvulos suos*, & *nati eorum saliunt*, scil. ut agni primum editi. Ita verbum שלח sumendum esse hoc loco pro *parere* jam antea monueram, in qua sententia postea confirmatus sum, quum vidi Celeb. Guss. verbum hoc etiam ita sumere in Comment. suo. Certe Hebræi locum ita etiam intellexerunt, uti ex Comment. R. Salom. & ex Beres. Rabba patet, quæ Latine tantum, ne nimis prolixus sim, hic dabo. Ita ergo R. Salomo; *Tempore quo nascitur, statim incessit & exsiliit, & si in ca-*

codæmonem incidat, contra eum pugnabat, & dixit ei mater, affer novaculam, ut umbilicum tibi præcidam. Hæc Jarchius ex Haggada in Genes. quibus verbis subobscure a Magistris veteribus ad peccatum originale oculi intenti fuerunt; volunt enim veteres Judæi & Mahomedani hodie cuilibet infanti recens nato Satanam occurrere eique labem injicere, a qua tamen labe immunes fuisse Mariam & filium Jesum volunt Theologi Mahomedani. Hæc in transitu. Certum ergo est שלח esse *parere* seu *fœtum emittere*, unde omnino necesse erit חבלים hic *fœtus* exponere. Hoc in animo habuit Bochartus, quum ita scribit: *nisi quis dolorum nomine filios dolorum intelligat, id est, catulos ipsos, qui cum dolore emittuntur.* Mihi certissimum est חבלים hic esse *dolorum filios* seu *catulos*, at ex Arabismo, ubi חבל حبل vel حبلة est *fœtus*, *embryo*, a rad. حبل חבל *prægnans fuit* fœmina; qua significatione verbum & derivata usitatissima sunt; at magis huc etiam facit, quod חבל pro *gravidam esse* & *utero gestare* aliquoties in sacro codice occurrat. Vid. Psalm. 7: 15. & Cant. 8: 5. ex quibus locis, si vel Arabismo hic destituti essemus, חבליהם reddere liceret, *fœtus eorum emittunt, pariunt*. Sane Syrus & Arabs ita vertere non sunt veriti, quorum hic لولادهن *filios*

ae-

aerum, ille בניהון, quod idem eſt, habent.

Verſ. 4. יחלמו בניהם.

Hieronymus, *ſeparantur filii earum*, ex LXX, at חלם eam ſignificationem non habet. Arabice חלם notat *ſomniavit* & *ad pubertatem pervenit*, حلم *pubertas*, حليم *animal pingue*, quod non amplius tenellum eſt, ſed ad majorem pervenit ætatem. Syris אתחלם eſt *ſanari*, *convaleſcere* ſæpius in N. T. quomodo etiam apud Eſaj. occurrit cap. 38: 16. Sequens colon ירבו בבר varie redditur, plurimi *creſcunt tritico*; illud enim Hebræis eſt בר, at cervarum & ibicum hinnuli tritico non aluntur, nam in deſertis degunt & rupibus, locisque ab omni cultu remotis. בר ergo ex Arabiſmo hic explicandum *deſertum*: nam بر a Lexicographis Arabum per صحرا, id eſt, *deſertum*, declaratur, licet alias بر ſit خلاف البحر *oppoſitum τῷ bachrin*, id eſt, *maris*, unde dicunt برا وبحرا *terra marique*. Chaldæis etiam בר *deſertum* eſt, unde תורבר in Jonath. eſt *bos ferus*, pro quo in Onkeloſo eſt תורבלא. Forte etiam בר hic ſingularem horum animalium *στοργὴν* erga hinnulos connotat, nam radix ברר بر Arab. eſt pietatem monſtrare erga liberos, *στοργῇ* erga liberos ferri, & viciſſim pietatem erga paren-

parentes; unde בר بر eſt *στοργὴ parentum erga liberos*; cervas certe & ibices conſtat eſſe animalia benigna, & de catulorum ſuorum educatione maxime ſollicita, de quo Ariſtoteles, Ælianus, Plinius, Solinus, & ex Arabibus Damirius, qui ita ait: ومن طبعها الحنو على اولادها *ex natura ipſius* ibicis *eſt στοργὴ erga catulos ſuos*. Sic Jer. 14: 5. ipſa etiam cerva pariens catulos deſertura dicitur propter pabuli inopiam.

Verſ. 7. aliis 10.

De aſino ſylveſtri תשואות נגש *non audit*. Hieronymus vertit *clamorem exactoris*, Lxx. *μέμψιν φορολόγε*, at rectius *ἐργοδιώκτην* reddidiſſent, nam prius eſt *tributorum*, poſterius *operum præfectus & exactor*. Vulgo locus hic ita ſumi ſolet, quod onager non ſit ſimilis equo aut camelis, qui magnis ductorum ſuorum clamoribus & verberibus ad iter incitari ſolent & propelli. Verum נגש nunquam de animalibus uſurpatur ad opus aut iter propellere, nam hoc Hebræis eſt נהג *minari*. Arabice duo hæc verba duas ſignificationes poſſident, quæ apprime hic quadrant, nempe תשואה ſeu نشو eſt *vox qua aſinus increpatur*, נגש autem eſt is *qui prædam* aut *feram excitat* aut *agitat*

ut

ut circa venatorem transeat. ناجش Arabibus dictus a rad. نجش נגש *hoc pacto excitare & agitare feram*, venatoriæ arti proprium verbum; valde autem vero fit simile, de venatione onagri sermonem hic esse, ex colo præcedenti, ישחק להמון קריה *ridet multitudinem pagi*, non enim ad operis exactionem ab animalibus pagi multitudo convenit, sed agaso sibi sufficit; ad venationem vero *multitudo pagi* in unum congregantur.

Vers. 9.

An reem רים *in area tua* ילין *morabitur. Ad præsepe tuum* vertit Hieronymus; at אבוס potius est *area* quam *præsepe*, uti ostendit Clar. Guil. in Comment. Ling. Hebr. inductione locorum. ילין omnes fere Interpretes deducunt a verbo לין *pernoctari*, Lxx. Chald. cœterique; at obstare videtur quod לין *pernoctari* semper cum ב construatur, non cum על, ut hic. Sed hoc tanti non est. Illud tantum attendi debet, verba illa אם ילין על אבוסך debere sumi de obsequio a ראם præstando, quod docent verba sequentia & connexio cum prioribus; verum an obsequium recte per *pernoctationem* in loco alicujus exprimatur, valde ambigi posset. Præterea cum אבוס non sit

ſit *præſepe*, ut volunt Interpretes, ſed *area*; illud difficultatem auget, non enim in area pernoctare ſolebant boves, ſed trituratione peracta domum reducebantur. Forte itaque rectius ילין ex Arabiſmo verti poſſet, *facilem*, *obſequentem ſe præbebit ad aream tuam*; nam Arab. לין لان notat *lenem*, *facilem & obſequentem eſſe*; لين Lein *facilis*, *commodus*, لـين لجانب de equo *facilem & obſequentem* vectori *ſe præbens*, non refractarius. Clar. etiam Guſſ. *pernoctandi* ſignificatione hic relicta locum ita vertit, *an murmurabit contra aream tuam*, ſcil. coactus a te ad triturandum in ea, quæ forte nimis longe petita videri poſſent. Illud certum eſt ſenſum, quem do ex Arabiſmo, ſimpliciſſimum eſſe, & eundem quem hic obtinere apud Interpretes omnes in confeſſo eſt, ſcil. obſequium præſtitum.

Verſ. 16. הקשיח ללא לה.

Verbum קשח in ſacro codice bis tantum occurrit, nec ſignificationis adeo certæ eſt apud Interpretes. Arabice قسح & قشح notat *durum eſſe*, præſertim uſurpant illud de *animo duro* & teneri amoris ac gratitudinis ignaro, quam emphaſin explet hic verbum, ut & in loco Eſajæ 63:17. *Hyænam* animal قشاح קשאח vocant

vocant Arabes, quod de nihilo non observo, facit enim maxime ad illustrationem hujus loci, nempe tradunt Arabes hyænam esse animal ἄστοργον & amoris erga catulos expertem, inde قشاح audit, quia הקשיח *duram se præbet* erga filios; idem de *struthione* docent Arabes, de quo hic sermo fit; quod relictis propriis ovis aliena foveat, atque hac ratione dicitur הקשיח ללא לה. Τὸ ל ante לא est comparationis particula, quem usum apud Arabes obtinere supra ex Keilæo docui.

CAP. XL.

Vers. 6. הפץ עברות אפך.

HIeronymus, *disperge superbos in furore tuo*; עברות forte *superbos* vertit, quia עבר est *transgredi legem*, quod fit ex superbia; non melius Lxx. עברות ἀγγέλους vertunt. עברות hic est *excandescentia*. הפץ omnino hic exponendum videtur *effunde* ex Arabismo, *effunde excandescentias iræ tuæ*; ira enim & excandescentia, quum aquis & fluminibus in S. Scriptura comparetur, sæpissime dicitur *effundi*; durior etiam est locutio, *sparge excandescentiam* vel *disperge*. Arab. פוץ seu فاض est *fluere*, *emanare*, *redundare*, *effluere* de aquis,

aquis, & ab Arabibus exponitur كثر حتى سال كالوادي *crevit aqua donec fluxerit instar torrentis.* Contra est غاض *decrevit* aqua: ad varia verbum transfertur; ad *famam* divulgavit, unde المغاض فيه *quod celebre est, & fama divulgatum.* Ad dona translatum, *copiose largiri* in 4. conjugat. at in 1. *donis abundare*; unde فياض est *vir liberalis, profusus.* Dicunt etiam غيض من فيض, *parum e multo*, de hominibus, cum impetu proruere & excurrere, quod quidem fit cum aliqua dispersione per campos, attamen non noxia. Ita in Alcor. Sur. 2. vers. 193. dicitur اذا افضتم من عرفات *quum proruitis ex Arafat.* De aliis etiam rebus quum exundant فاض dicitur. Tograi poeta Arabs,

غاض الوفا وفاض الغدر

Deficit fides, abundat פוץ *dolus.*

De *ira* etiam legi, افاض الغيظ הפיץ עברה *effudit iram suam.* Singula hæc in Hebræo פוץ etiam observo. Primo notat *diffluere & emanare* de aquis alveo erumpentibus, ut jam monui; adde quod Nilum الفيض vocent ob *exundationes.* Ita Hebr. פוץ sumitur Prov. 5: 16. יפצו מעינתיך חוצה. Ibi פוץ fontibus exundantibus tribuitur: *Exundabunt fontes tui*

tui foras. Sic 2 Sam. 18: 8. נפצת המלחמה *prælium fervebat*, proprie *exundabat* instar fluminis extra ripas furentis, prout eadem metaphora 1 Reg. 22: 33. dicitur ותעלה המלחמה *& ascendit prælium*, scil. instar fluminis extra ripas, quemadmodum עלה usurpatur Jerem. 46:7, 8. & Jes. 8: 7. Ad donorum etiam abundantiam Hebræis פוץ transfertur. Zach. 1: 17. עוד תפוצינה ערי מטוב *adhuc redundabunt civitates bonis*: non utique *dispergere* hic convenit. Tandem de hominibus dicitur, qui per campos sese diffundentes proruunt & pergunt. 2 Sam. 20: 22. ויפצו איש לאהליו *& diffusi sunt quisque ad domum suam*, dispersione non noxia, ut supra monui. Hæc exempla clare evincunt, quod פוץ Hebræis etiam sit *exundare* & *diffluere*.

Vers. 7. והדך רשעים תחתם.

Hieronymus, *& contere impios in loco suo*. LXX. הדך σῆψον reddunt. Est vox obscurior, utpote quæ semel tantum in sacro textu occurrit. Kimchi & Ab. Ezra per רמס *conculcare* declarant, at efficacius R. Levi per שבר *confringere* & כתת *conterere*. Veram verbi notionem pandam ex Arabismo. הדך seu هدك ab Arabibus exponitur هدم, quod est *diruere*,

 ever-

evertere proprie de ædificiis ſæpe in Hiſt. Sarac. & in Hiſt. Tamerl. ubi pag. 398. in Conjugat. decima etiam occurrit, يستهدم بهم وبصدماتهم قلل الجبال *evertebat per eos & eorum conflictus altiſſima montium.* Eam emphaſin hic habet הדך *everte impios*, qui ſunt tanquam elati montes & altiſſima ædificia.

Verſ. 12.

De Behemoth יחפץ זנבו כמו ארז. Lxx. ἔςησεν ὐρὰν ὡς κυπάρισσον. Vulg. *ſtringit caudam quaſi cedrum.* חפץ alias *velle* notat vel *delectari*, quod hic non convenit. Recte Ab. Ezra de hac voce monet *non eſſe ei ſimilem in Scriptura*, addit etiam, *quidam Interpretes deducunt vocem a* חפץ *velle*, ואין לי בו חפץ *at hoc mihi non placet.* Ipſe autem exponit יעמיד *erigit*, ut Lxx. Jarchius vertit, *dura eſt cauda ejus*, ex lingua Rabbinica, חפיזא כי אופתא *durum ut lignum*; Kimchi & R. Levi a חפז *feſtinare*, *celeriter moveri.* Diſcrepant etiam Interpretes circa זנב *caudam*, quidam enim ſalacem intelligunt, alii proprie ſic dictam caudam, at neutrum loco conveniens; primum enim turpius eſt, cauda autem proprie dicta nulla fere eſt elephantis aut hippopotamis; utrum horum

rum per Behemoth intelligere velis, ut adeo hæc in censum mirabilium venire nequeat; de elephanto si vocem explices, nihil convenientius video quam זנב *zenab* de proboscide sumere, quam Belgica voce consonante *znabel* vocamus, quæ merito inter admiranda hujus animalis recensetur. Totum itaque locum ita intelligerem: *inflectit* vel *projicit proboscide sua ipsas cedros.* חפץ خفض est *inflectere*, quod annotavit jam Celeb. Bochartus, qui vertebat, *inflectit caudam ut cedrus*, caudam stricte dictam intelligens, fassus tamen hippopotamo breviorem esse caudam, neque ratione longitudinis cum cedro posse componi. خفض etiam hic convenit, quod est *deprimere*, *de alto deturbare*, ضد رفع contrarium *elevationis*; ut miranda vis, qua proboscis elephanti gaudet, hic indicetur, qua *altissimas* etiam *cedros deturbat.* Si ita locum mecum intelligas, vim verborum כמו ארז retinebis, quam cœteræ versiones nimium enervant. Cœterum nemini credo latere, quam facile elephanti arbores celsissimas funditus proboscide evertant & deturbent, abunde enim illud ex scriptis Veterum & hodiernis Itinerariis constat. Celeb. Gusset. in Comment. Ling. Hebr. זנב etiam de proboscide elephanti explicavit.

Verſ. 18.

De Behemoth dicitur הן יעשק נהר לא יחפז. *Ecce abſorbebit fluvium & non mirabitur.* Ita Hieronymus: cum quo faciunt plurimi ex hodiernis Interpretibus. Rabbinorum eadem eſt mens. Ab. Ezra: כל כך הוי גדול כאשר ישתה מי הנהר יראה שחסרו המים *Adeo eſt magnum animal, ut ſi ex aquis fluminis bibat videantur decreſcere.* At quis non intolerandam hanc judicet hyperbolen, quod elephas, quem per Behemoth plurimi intelligunt, dicatur epotare totum fluvium, & quidem majorem נהר, quo nomine Nilus & Euphrates veniunt, quod de totis exercitibus, quanti quanti ſint, a nemine creditum eſt; proinde a Juvenali Satyra X. deridetur fabula de Xerxis ingenti exercitu, qui fluvios epotarit, in Aſia Scamandrum & Mæandrum, in Theſſalia Peneum. Verum hæc interpretatio non tantum in portentoſam incurrit hyperbolen, ſed etiam cum Hebraicis verbis ſtare non poteſt; ſupponitur enim נהר eſſe accuſativi caſus, cum tamen accuſativi nota non adſit, verum hoc levius; at in nominandi caſu נהר hic poſitum eſſe ex ſequenti hemiſtichio certum eſt; *ſecurus eſt* כי יגיח ירדן *ad os ſuum*, ibi ירדן eſt nominativus, dicitur enim *erumpere*,

הגיח,

הגיח, quod de aquis usurpatur, quum ex terra erumpunt & oriuntur; uti patet ex cap. Job. 38: 8. de mari בגיחו *quum erumperet & ex utero* quasi *exiret*; eodem modo Hieronymus etiam *Jarden* in nominativo casu accepit; neque ex natura Hebraismi ferri potest versio, *Jordanem attrahet* vel *inducet in os suum*; nam verbum הגיח semper *erumpere* notat, uti facile esset inductis exemplis demonstrare; præterea quum עשק sit *injuste agere*, *insolenter agere*, qua ratione hoc ad exhauritionem fluvii referri poterit; itaque ex vi & connexione verborum totus locus ita vertendus est: *Ecce insolenter agit flumen, & non timet* Behemoth scil. vel *præ metu properat*; quæ est vis verbi חפז *securus est*, *licet Jordanis ad os ejus erumperet & oriretur*. עשק apud Hebræos notare *injuste* seu *insolenter agere*, res omnibus nota est; at qua ratione hoc fluvio tribui possit, pandit Arabismus. Nempe Arabibus nihil est frequentius quam ut fluminibus ex alveo erumpentibus & omnia inundantibus injustitiam & insolentiam adscribant, quod, quia ad verum hujus loci intellectum facit, luculentis exemplis demonstrabo. Verbum ظلم notat *injuste agere*, *injuria opprimere*, & eandem habet vim quam Hebr. עשק, quare etiam Chald. in hoc loco verbum טלם substituit;

 solet

solet etiam ظلم apud Interpretes Arab. & טלם apud Chald. verbo עשק respondere. Hinc dicunt Arabes, ظلم الوادي *injuste egit fluvius*, id est, *excrevit extra ripas & redundavit*, uti Golius ex Zjeuhari annotat. Sic طغي est *injuste oppressit*, unde طاغ *Tyrannus*; hoc etiam ad aquas refertur, & notat *copia sua extulit se*, *exundavit* torrens, uti Golius annotat. Exempla hæc observavi. Alcor. Sur. 96. 11. لما طغي الماء *quum injusta fuit aqua*, id est, quum terram inundabat, *suscepimus vos in arca*: agitur enim ibi de diluvio. Hist. Tamerl. p. 13. Oxus fluvius جيحون Gihon Arabibus dictus vocatur طاغي *injustus* seu *tyrannus*; quia exundabat & in altum excreverat, adeo ut Tamerlanes illum periculo vitæ trajiceret. *Et pervenerunt ad Oxum* وكان انذاك مناهم طاغيا *& erat tunc temporis injustus ut illi*, scil. Tamerlanes cum sociis. Porro عتا est *injustus, insolens fuit*. Hoc iterum ventis & aquis tribuunt Arabes, quum nimium excrescunt. In Alcor. occurrit ريح صرصر عاتية *ventus frigidus & injustus*, id est, *vehemens*; & in Hist. Tamerl. البحر العاتي *mare injustum*. Plura exempla afferre possem ex Arabum libris in radicibus بغا & فجر aliisque, quæ *injustitiam* & *tyrannidem* ut עשק notan-

notantia, ad aquarum inundationem etiam transferuntur; at vereor ne nimis prolixus videar. Idem fere etiam observari potest apud Hebræos in verbo זיד *superbire*, & *per superbiam opprimere*, ὑϐρίζειν *injuriam inferre*, uti quandoque Lxx. reddunt, hoc etiam aquis furentibus & omnia inundantibus tribuitur Psalm. 124: 5. Hinc clarissime elucet quid sit יעשוק נהר *si injuste agat fluvius*, scil. quum extra ripas furens omnia inundat. Videamus jam quam pulcre hæc τῷ Behemoth conveniant, scil. quod non timeat cum flumen extra ripas furit; si enim cum magnis viris Bocharto & Job. Ludolfo hippopotamum intelligas, nulla erit difficultas, cum sit animal amphibion; at quid si cum plerisque Interpretibus elephantem hic describi velis, quam sententiam novis argumentis probat Clar. Guss. in Comment. sane elephanti etiam hoc maxime convenit, cum enim sit animal procerioris staturæ, non facile ab aquis obrui aut fluxu abripi potest; at quod potissimum huc facit, elephas diutius sub aqua vivere potest, per promuscidem extra aquam exertam respirans. Proinde cum Rhodanum trajiceret Hannibal, periere quidem illi, quibus commissi erant elephanti, at elephanti servati sunt; Διὰ γὰρ (inquit Polybius lib. III.) δύναμιν καὶ μέ-

γεθος τῶν προβοσκίδων, ἐξαίροντες ταύτας ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν καὶ διαπνέοντες. Hoc eſt, *Quia enim validas & magnas habent proboſcides, his ſupra aquam ſublatis, reſpirabant.* Ælianus Hiſt. Var. lib. 7. cap. 15. Εἰ καλύπτοιντο ὑπὸ τοῦ ῥεύματος, ἀνέχουσι μέντοι τὰς προβοσκίδας ὑπὲρ τὸ ὕδωρ. *Si flumine obtegantur, exerunt proboſcides extra aquam.* Ita ex Hebræis R. Gerſon in Porta cœli de elephante : טבעו לעמוד בעומק המים זמן מרובה ובאותו החותם מתנשם ומוציאו חוץ למים ומקבל רב אויר למען יוכל לעמוד זמן רב בתוך המים. *Natura ejus eſt diutiſſime in fundo aquarum conſiſtere, proboſcide autem illa reſpirat, eam educens extra aquas, qua multum aeris recipit, ut poſſit longo tempore in aquis verſari.* Hinc patet qua ratione dicatur elephantos flumina injuſta & furentia non timere, nempe amant in aquis degere, & iis obrui, uti ex R. Gerſon conſtat, & ſub iis diutiſſime vivunt. Pæne oblitus eram LXX. Syrum & Arabem eodem modo locum vertere ac ego feci. Græci, ἐὰν γένηται πλημμύρα, οὐ μὴ αἰσθηθῇ *ſi fieret inundatio, non ſentiret.* Arabs, ان طفر النهر لا يخاف *ſi irruperit fluvius, non timebit.* Syrus, *ſi inſilierit* vel *inundaverit fluvius* : nam & سورة eſt *vis fluminis furentis*, proprie *inſultus.*

Verſ.

Verſ. 25.

De Leviathane ſeu Crocodilo יכרו עליו חברים *an concident eum amici.* Ita Hieronymus. *An epulabuntur ſocii ſuper eo*, vertunt alii. Forte rectius, *an irruent in eum ſocii* ſeu piſcatores ſocietate inita; ita ſupra cap. 6: 27. תכרו על ריעכם *irruitis in amicum veſtrum*, ἐνάλλεσθε, ut LXX. Radix eſt Arab. كرى *irruit*, *inſiliit*. Sequitur יחצוהו בין כנענים, *divident illum negotiatores*, Hieronymus. Verba חצה & חצץ *dividere* notant, & *diſtribuere*, & quidem, uti mihi videtur, *ſorte*; aperte autem hæc verba a חץ *ſagittam* notante derivata ſunt, quod qua ratione factum ſit non inutile erit ex Arabiſmo pandere. Veteribus Arabiæ incolis antiquiſſimus mos inoluit, res diſtribuendas ſagittis ſortiri & dividere, quem ritum ſuis interdictum voluit Mahomed in Alcorano Sur. 5: 4. حرمت عليكم الميتة والدم ولحم الخنزير *Interdictum vobis eſto morticinium & ſanguis & caro ſuilla*: tum paucis interjectis ſubjungit, وان تستقسموا بالازلام ذلكم فسق *& ut partes diſtribuatis ſagittis, nam injuſtum eſt.* Sic ejuſdem Suratæ verſ. 94. يا ايها الذين امنوا انما الخمر والميسر والانصاب

والانصاب والازلام رجس من عمل الشيطان *O vos qui creditis, utique vinum & alea & imagines* (eſt qui ludum ſcacchicum intelligat) *& ſagittæ ſunt ſpurcities operis Satanæ.* الازلام *ſagittæ* ſunt proprie illæ ſine alis, quibus aleam exercere & res diſtribuendas ſortiri ſolebant Arabes pagani. Ita Golius in voce زلم *Zulem.* Rationem interdicti nullam aliam video, quam qua alea ſuos abſtinere voluit Mahomed, quare etiam in loco modo citato *alea* & *ſagittæ* ſortilegæ conjunguntur. Alibi tamen in Alcorano ſuo videtur Mohamed ritum hunc probare, de quo monuit me Vir celeberrimus & mihi amiciſſimus Dominus Hulſius; locus eſt in Surat. 3. verſ. 39. ubi ita ſibi alloquentem introducit Deum: ذلك من انباء الغيب نوحي اليك وما كنت لديهم ان يلقون اقلامهم ايهم يكفل مريم *Hæc ſunt ex hiſtoriis abditis, quas tibi revelavimus, non fuiſti enim apud eos, quum ſagittas ſuas jaciebant* ad ſortiendum *quiſnam eorum curam educationis Mariæ gereret.* Du Ryer Gallice vertit, *quand ils jetterent leurs plumes.* Scil. قلم *kalamon*, quod eſt in Arabico, *pennam* ſeu *plumam* notat, & *ſagittam* ſine cuſpide, ut Belg. noſtrum *ſchacht.* Ritus talis eſt. Solebant rem

inter

inter socios dirimendam, sive prædam captam sive argento coemptam, in plures partes pro numero sodalium dividere, dein decem sumebant sagittas non alatas & sine cuspide, quibus hæc vel illa portio indicaretur, has sacculo inditas extrahebant, octava autem, nona, & decima irritæ erant, & ex iis nulla sortienti pars obtingebat; ex loco Alcor. qui habet, يلقون اقلامهم *projiciebant sagittas suas*, paulo diversus fuisse ritus videtur, quamquam tamen illud يلقون non necessario *jactum* indicet. Ex hoc more sagittis sortiendi factum est, ut nomina *sagittas* notantia etiam significationem *sortis* & *portionis* assumpserint; qualia observare est in Græco ψῆφος *lapillus sortilegus* & *sors*; גורל Hebr. *sors* ab Arab. جرل *lapilli*. חבל *portio* a significatione *funis*, *funiculi*, quo hæreditates in Judæa dirimebantur. Eodem modo زلم *Zulem* & قدح *Kidch*, quæ proprie sagittam implumem & sine cuspide notant, prout iis in sortilegio illo utebantur, pro *portione* sæpissime etiam usurpantur. At non illæ solum implumes & sine cuspide hanc significationem sortiuntur, sed & *sagittæ jaculatoriæ*. Exemplum sit in سهم, qua voce nulla frequentius utuntur Arabes ad sagittam jaculatoriam indicandum; Hist. Tamerl. pag. 11. ضربه بسهمين *duabus sagittis* trans-

transfixit eum; & infinita exempla alibi. Hoc etiam a Zjeuhari per نصيب *pars*, *portio* exponitur, atque ita sumitur ab Abulphar. Hist. Dyn. pag. 248. de Astrologo quodam, له حظ قوي من سهم الغيب *ipsi erat portio ampla ex sorte scientiæ abditæ*; proprie *ex sagitta scientiæ abditæ*. Ita & verbum *sagittas jacere* أسهم est idem quod أقرع *sortiri*, & in 6. Conjugat. تساهم *sorte decertare*, proprie *sagittis*. Parili modo puto apud Hebræos חץ *sagitta* pro *sorte* aliquando positum fuisse. Rationes, quæ illud evincunt, hæ sunt; quod Arabice حصة seu חץ sit *sors*, *portio*, & verbum حص חצץ in 3. & 6. Conjugat. notat *rem sorte distribuere*: hæc autem procul dubio ab Hebræo חץ mutuati sunt. Adde حظ itidem *sors* pecul. من الخير و الفضل *ex bono & excellenti*, ut docent Arabes, hoc ab Hebr. חץ deflexum est, Tzade Hebr. in Dsal Arab. pro more mutato. Altera ratio, quæ חץ *sortem* notasse verosimile reddat, est, quod verbum חצה, quod a חץ derivatum est, *distribuere* notet & *in portiones dirimere*, ut in hoc loco nostro יחצוהו *in portiones divident*; postea pro quavis *divisione*, etiam absque sorte, usitatum fuit, ut Jud. 9: 43. ויחצם & *divisit eos in tres turmas*. Dan. 11: 4. ותחץ *divisa est ad quatuor plagas*; tandem strictissime

di-

dimidiare, *in duas partes dividere* notat. Huc trahi etiam potest & explicari verbum obscurius חצץ, quod forte primario notat *sorte dividere*, *sortiri*, à חץ *sortem* notante, quemadmodum apud Arabes حصص, ut modo etiam monui. Quid vetat ita explicare Prov. 30: 27. *Locusta regem non habet* ויצא חוצץ כלו. Notum est Eruditis quam varie hic locus ab Interpretibus exponatur, quid si vertamus, *& exit* ad bellum scil. *singula spolia sibi sortientes*. Nempe regum est ut milites ad bellum & prælia ducant, & prædam captam iis distribuant, hoc tamen licet destituantur locustæ, nihilominus exeunt ad bellum, & unaquæque sibi ipsi sortem attribuit, non exspectantes imperatorem, qui singulis partem assignet. Sic Jud. 5:11. מחצצים, quod alii *excidentes*, alii *sagittarii*, Lxx. *ἀνακρουόμενοι* vertunt, intelligi potest de *sortientibus*; *A voce sortientium inter aquationes laudate justitias Dei*. Sensus hic est, Deum celebrandum esse, quod pacem & tranquillitatem Israeli restituerit, ita ut libere ex urbibus confluere liceat ad hauriendas aquas, tanta interim multitudine ad aquandum confluente, ut de ordine aquationis sortiri debeant; quod Orientalibus hodiedum in usu est. חצץ pro *lapillo* positum etiam ad *sortis* significationem nos ducit, uti ψῆφος apud Græcos, & גורל apud Hebræos, ut supra etiam monui. CAP.

CAP. XLI.

Verſ. 2. מי הקדימני ואשלם.

LXx. τίς ἀντιστήσεταί μοι, καὶ ὑπομενεῖ. Rectius multo Hieronymus, *quis ante dedit mihi ut reddam ei.* Arabice قدم קדם eſt *beneficiis proſequi & præferr aliis* in 2. & 4. Conjugat. vel potius eſt *præhabere, aliis excellentiorem efficere*; quæ ſignificationes hic locum habent.

Verſ. 10.

Ex ore ejus velut lampades exeunt, ſcintillæ ignis ימלטו. Verbum hoc non expreſſerunt Lxx. & Hieronymus. Dupliciter hoc verbum ſolet exponi; à מלט ſignificatione *pariendi* vel etiam *liberandi & ſervandi*, priori modo R. Levi, unde vertendum eſſet, *excluduntur* inſtar fœtus ſcil. ſatis incongrue; poſteriori modo Chaldæus Interpres משתזבין *liberantur*. Melius, ſi quid judico, ſuppeditat Arabiſmus, nempe verba ملط & ملس pro مرط & ملص & ملس notat *currere, celeriter procurrere*, unde ملطى eſt *curſus* equini ſpecies celerior. Ita hic, *ſcintillæ ignis celeriter procurrunt*. Certe מלט *currere* notare liquet etiam ex 1 Sam. 20:29. אמלטה נא *Vadam cito*, uti vertit Hieronymus; Διαβήσομαι δὴ, uti Lxx. *celeriter procurram*, neque enim ibidem *pariendi* vel etiam *liberandi* ſignificatio convenit.

Verſ.

Vers. 16.

Locus est obscurior, & in quo hallucinantur Interpretes. Non recte hic Lxx. & Hieronymus. Ego ita verto: *Ab elatione ejus timent fortes, præ contritione obstupescunt* vel *alieni sunt mente. Elatio* belluæ est super aquas emersio, uti recte Belgæ annotant. מִשְּׁבָרִים verto *præ contritione*, nam in Oriente *conterendi* & *frangendi* verba significationem *timendi* etiam admittunt, quia metu animus frangitur quasi. Ita verbum Chald. תבר *frangere*, quod ab Hebr. שׁבר formatum est, in Targumim quandoque ponitur pro verbis Hebraicis פחד & הרד *timere*; Hebræum etiam חתת *confringere* sæpissime ad *metum* denotandum usurpatur. فرق *fereka*, *frangere*, unde Belg. *breken*, etiam ad timorem transfertur, inde فرق & فاروق est *timidus*, a qua posteriore voce Gallicum *farouche* derivandum videtur. Plurima alia in Arabismo succurrunt exempla. Persice etiam شکستکی *confractio* est *metus*. Verbum יִתְחַטָּאוּ alii hic vertunt, *a peccatis se purgant*. Alii frigidius, *alvum solvunt*, præ metu scil. Drusius, *nauseant*, *vomunt*. Hieronymus, *purgantur*, quarum quædam inepta sunt & nulla nixa fundamento, alia loco nostro minus congrua. Mihi rectius vertendum videtur, *obstupescunt*, vel *attoniti sunt* & *incertæ mentis*, quem effectum

metus

metus producere solet. Verbum חטא propria & primaria significatione est *errare*, *ἀςοιχεῖν aberrare a scopo*, etiam hac significatione in sacro textu occurrente, licet semel tantum, cum in Arabismo nihil sit frequentius. *Errare* autem ad mentem translatum *attonitum, mente turbatum esse*, notat. Ita ضل Arab. est *errare, deviare*, in 4. Conj. اضل *errare fecit* sæpissime in Alcor. & *amentavit*. ضلة *error*, & *attonitæ mentis incertitudo & stupor, ecstasis præ metu*. Sic تاه Arabice est *errare*, unde Hebr. תהו *locus vastus, in quo aberratur*; hoc etiam ad mentem transfertur & notat *attonitum, mente turbatum esse*. Idem memini me observasse in verbo חטא خطا apud Arabas, at memoriæ nimis fretus, locum adnotare neglexi, *præ metu attoniti sunt & amentes*. Scil. tanquam consilii inopes & nescii quo se vertant, vastam videntes belluam, qualis est Leviathan seu Crocodilus, immanem & humanæ carnis avidam, aspectu horribilem. Pæne oblitus eram verbum תעה *errare* apud Hebræos in eundem usum adhiberi, unde est Esaj. 21: 4. תעה לבבי פלצות בעתתני *errat cor meum & horror perterret me*. Ibi errare cor dicitur quum metu horret. In Persismo idem observo, unde بدكار پريشان دل est *improbus & violentus homo cor vagum reddens*, id est, *metum injiciens*, periphrasis latronis.

SPECI-

SPECIMEN OBSERVATIONUM ARABICARUM IN TOTUM VETUS INSTRUMENTUM.

Quibus oſtenditur, quam late diffuſus pateat uſus Arabiſmi per omnem veterum Hebræorum Linguam, &c.

AUCTORE

ALBERTO SCHULTENS
GRONINGANO.



OBSERVATIONUM ARABICARUM AD GENESIN

CAP. I.

Geneseos locus vexatissimus examinatur & dilucidatur. צהר *non* fenestra, *non* lumen, *non* præsidium, *sed* dorsum *ex Arabismo*, *seu* tectum convexum, culmen. *Arcæ fuit* tectum *ex mente omnium Interpretum.*

Genes. 6: 15.



NOacho arcam paraturo inter alia munera injungitur hoc mandatum, צהר תעשה לתבה ואל אמה תכלנה *Tsohar facies arcæ, & ad cubitum consummabis illud.* Mirum est quam diversimode hæc ab Interpretibus sumantur, & quot commentis Eruditorum locus sit ve-

vexatus. Difficultatem parit vox *ἅπαξ λεγομένη* & ignota צהר *tsohar*. Hieronymus per צהר tsohar *fenestram*, intelligit. Sic fere Hebræi vocem intelligunt. Kimchi in Libr. Rad. חלון, id est, *fenestram* exponit. Sic Aben Ezra & R. Salomon, qui præterea aliud fabulosum commentario suo aspergit: יש אומרים אבן טובה המאירה להם *Sunt*, inquit Raschi, *qui tsohar exponunt lapidem pretiosum, qui lucem iis afferret*. Hæc hausit procul dubio ex Rabboth in Genesin, ubi nugaces quidam Judæorum Doctores docent צהר fuisse מרגלית *margaritam* quandam, qualis lychnites aut carbunculus, quæ in medio arcæ suspensa nocte dieque arcam illuminaret. Sed hæc inepta sunt & Judaico cerebro digna. Hieronymi autem & Hebræorum in hac parte expositionem sequuntur multi Interpretes ex nostris. Verum quo jure, dispiciamus. Primo צהר pro *fenestra* nusquam, neque in vicinis etiam linguis, apparet; at quod maxime huc facit est absurditas hujus interpretationis; si enim צהר *fenestram* hic exponas, necesse erit unicam tantum fenestram in tantæ molis ædificio fuisse, unius tantum cubiti altitudine: verba enim illa, אל אמה תכלנה *ad cubitum perficies illud*, haud dubie ad צהר referenda puto; & quidni? genus enim aliunde resciri non potest, cum alibi

non

non exſtet, & multa hujus formæ nomina ſunt fœminina. Eſt autem a vero quam remotiſſimum, molem trecentos cubitos longam, quinquaginta latam, triginta profundam, in tres contignationes diſtinctam, in plura loculamenta diviſam etiam, quibus ſingulis lux & aer infundi debuit, unicæ feneſtræ ſubſidio, permagnam licet eam ſtruxeris contra verba Moſis, aere vitali & lumine potuiſſe repleri. Hanc abſurditatem animadvertentes alii, non *feneſtram* expoſuerunt, ſed generali nomine *lumen* interpretati ſunt, reſpicientes ad ſignificationem vocis צהרים *meridies*. Ex hoc autem generali mandato Noachum facile intellexiſſe, opus eſſe neceſſariis adminiculis, quibus ſufficientem ſingulis contignationibus lucem & aera in arcam intromitteret. Fateor ſententiam hanc vero magis ſimilem eſſe, nec abſurditatibus, quibus altera modo allata premebatur, ſubjici. Eſt tamen in verbis Moſis, quod prohibeat, quo minus hiſce acquieſcam; nam expreſſe de צהר dicitur *ad cubitum conſummabis illud*, quod de lumine dici non poſſe omnibus palam eſt. Accedit quod fundamentum, quo Viri Docti nixi צהר *lumen* exponunt, nullum ſit; nam quod plerique ſcribunt צהר Chaldæis eſſe *lucere*, id mihi hactenus probatum non eſt, neque exempla à Buxtorfio in Lexico Thalmu-

dico prolata huc quicquam faciunt. Alius ergo Vir Doctus, significatione *luminis* plane rejecta, *firmamentum*, *præsidium* reddidit, debili nixus tibicine, significatione scil. deducta a צרח, quod ipse notare inquit *munire*. Verum nec צרח *munire* unquam notavit, nec צהר a צרח deduci debet, quod facile vident linguæ periti. Sponte ergo hoc interpretamentum corruit. Sententiam meam, aut potius conjecturam meam novam, antequam Eruditorum judicio exponam, in antecessum quædam prænotanda mihi sunt. Plurimi Judæorum ac Christianorum Interpretes, tam veteres quam recentiores, unanimi consensu docent, *tectum* fuisse arcæ, quo a decidente superne imbre tuta erat, idque devexum, quo imber facili negotio utrimque dilaberetur, quin & R. Juda in Rabboth asserit non tantum superne, sed etiam inferne arcam fuisse acuminatam, uti hodiedum in navibus fit, quo facilius aqua diffinderetur. Probant autem Viri Docti sententiam hanc de arcæ *tecto* ex verbis ואל אמה תכלנה. Ego ita existimo, *tectum* illud a Mose appellari צהר *tsohar*; nempe צהר veteribus Hebræis *dorsum* notavit, quam significationem Arabes sub Rad. ظهر retinent; solent autem Arabes semper fere Hebr. צ in ظ mutare. Ita ظل est *umbra* pro צל, ظعن *proficisci*

cisci pro צין, & ظهاير vel ظهيرة pro צהרים *meridies.* Arabice ergo צהר est *dorsum*, quod dein ad gibbosas & elatas partes, tecta etiam aliaque devexa notandum transfertur, eodem plane modo ut Hebr. גב *dorsum* ad superficies eminentes & devexas passim transfertur; vel צהר in genere omne elatum & convexum notat; certe צהר ظهر etiam ad tecta denotandum usurpari patet ex Arabismo, ubi verbum צהר ظهر notat *conscendit tectum domus*, *in superiori domus parte fuit*, manifesto indicio tsohar ظهر *tectum* notare; testudinis testam צהר tsohar etiam appellat Alkaswin. id est, *tectum*, ita enim ille de *accipitre*: اذا راتــه السلحفــاة يعطيه ظهر *quum videt illum testudo, prabet ipsi tsohar* צהר *tectum*, *gibbosum dorsum suum*; quin testudo צהרה ضهرة Arabibus audit teste Camusi Auctore. Huc etiam facit quod القبة alkobba, id est, *tectum cameratum quo lectus circumdatur*, voce apud Europæos etiam recepta ab Hispanis, *alcoba* Hisp. *alkove* Belg. ab Arabibus alio nomine dicatur ام العون ommo'l'aud, id est, *mater testudinis*; in transitu observa קבה Num. 25: 8. nihil aliud esse quam lectum talem quem *alkove* dicimus, ubi scortantes Zimri & Kosbi recumbebant; sed hoc propter viam. צהר ergo *tectum* & *dorsum* notat, ut Græcis *νῶ-*

 τος

τος ad utrumque etiam transfertur, unde *ταπίζειν tegere* est; ab hac significatione primaria ȣ צהר proclive etiam est derivare צהרים *meridies*, quasi dicas *culmen* diei, vel quod sol tunc temporis in culmine cœli conspiciatur; certe illuc nos ducit usus verbi צהר apud Arabes, quod aliquando a Lexicographis exponitur طلع & نجم *apparere in cœlo, conspicuum esse*, unde dicunt ظهر الكوكب seu צהר אלכוכב *in culmine cœli lata fuit & conspicua evasit stella.* Quidni ergo צהרים & Arabicum ȣ ظهر *meridies* a צהר *culmen* notante deducamus. Saltem hinc valde verisimile fit צהר *tsohar* significationem, quam modo ex Arabismo protuli, apud veteres Hebræos obtinuisse. Locum itaque Genescos tali modo vertere licet: *Tectum facies arca, illudque ad cubitum perficies superne.* Altitudo tantum istius *tecti* indicatur Noacho, facile enim intelligebat tectum arcæ imponendum ejusdem cum ea longitudinis & latitudinis esse debere, altitudo autem fuit unius tantum cubiti, quæ mensura apta est & sufficiens, ut culmine paulatim fastigiato & in angulo obtuso desineret, quo arca idonea redderetur diffundendis ab utroque latere imbribus. In hunc sensum vertisse puto LXX. Interpretes, ἐπισυνάγων πιήσεις τὴν κιβωτὸν *colligens & contrahens* superne

ne *facies eam*. Perinde autem erit, ſive tectum hoc continuo opere ex arca elaboratum ſtatuas, ſeu diverſum & ſeparatum ab illa, ut imponi & tolli potuerit.

CAP. II.

De uſu peculiari verbi קשר *inquiritur. Verba* ligandi *ad robur corporis notandum uſurpantur. Hoc multis exemplis ex Arabiſmo docetur. Locus ex Jobo plane aliter expoſitus ac hactenus Interpretes.* עצב *primario notat* ligare. *Plurima alia in hanc rem.*

Geneſ. 30: 40, 41.

OCcurrunt obſcuriora quædam verba ex Arabiſmo illuſtratione digna; verba Moſis ſunt, *Evenit autem, ut quum oves incaleſcerent* המקשרות *Jacob virgas poneret ante oculos ovium in canalibus, ut ad virgas illas incaleſcerent* ובהעטיף הצאן non ponebat eas, & ſic erant העטפים Labani & הקשרים Jacobo. Diverſi valde ſunt Interpretes in exponendis verbis מקשרות & עטפים. Onkelos מקשרות vertit בכיריא *primitivi*, & עטפים reddit לקישיא *ſerotini*; prout fere Arabs Erpenianus الربيعية *verni*, & الموخرون *poſteriores*; & Hieronymus, *ea quæ ſunt primi temporis*, & *quæ ſunt ſerotina*.

 Ver-

Verba igitur hæc ad diversam ovium fœturam & diversa ejus tempora referunt Interpretes, quæ autem ex ovibus *primi* erant *temporis*, seu *verno tempore* nascebantur, eas מקשרות *ligatas* appellari vult Kimchi, quia fortiores & robustiores erant præ iis quæ *tempore autumnali* proveniebant, quas proinde עטפים vocat, id est, *debiliores*. Quod attinet ad tempestatum & temporis differentiam, quam hic statuunt veteres & recentiores Interpretes, de eo nulla apparent in verbis Mosis vestigia, & obstat huic sententiæ animus Labanis lucri avidus, nam si Labano in vere nihil ovium provenisset, מקשרות enim, id est, *vernas*, sibi sumebat Jacobus ex mente horum Interpretum, certe Jacobum doli & fraudis insimulasset. Quicquid sit, id apud omnes Interpretes inconcussum manet מקשרות de ovibus in laude esse & ad perfectionem, contra עטפים ad dedecus & in debilitatem. Kimchi, הקשר חזק *ligatum fortius est*. עטפים proprie sonat *obtectos*, a עטף *obtegere*, quod in secundaria significatione usurpatur pro *defecit*, *languit*. Exempla vide Psalm. 61: 3. Thren. 2: 11, 12. & sæpe alibi. Ita Arabice غشى est *tegere*, unde in passivo غشى عليه gusjia aleihi *obtectus fuit*, id est, *deliquium animi passus est*. مغشى عليه *deliquium passus*. غشية *deliquium*. Hæc cla-

clariora sunt & usu continuo S. Scripturæ satis certa; at major difficultas in מקשרות, quod *ligatas* sonat, a קשר *ligare*; oves autem ita vocatas volunt Rabbini, quod corpus haberent *compactius* & *magis colligatum*, neque vero absonum id, nam articuli bene nervis colligati faciunt robur. At usus varios radicis קשר *ligare* inspicienti nusquam apparet significatio roboris, nam quo ad corporea usurpatur de alligando *filo*, *jumento*, *lapide*, rebus materialibus: vel metaph. de *stultitia* Prov. 22: 15. *veritate* Prov. 3: 3. cordi alligandis; moraliter sumitur etiam de pluribus in unum consilium conjunctis, tam in bonum, ut de amicitia sincera Gen. 44: 30. & 1 Sam. 18: 1. quam in malum, de conspiratione in aliquem, qui usus in S. Literis frequentissime obtinet, nusquam *robur* invenio, ideoque vocabulum τεχνικὸν putabam, & opilionum proprium, cujus cum ipsa arte significatio obsolevit. Tale est verbum بنن *bannana* apud Arabes, quod *ligare* notat & ad opilionum rem transfertur, unde in Camus exponitur اربط لبسمنها *ligavit ovem ut eam saginaret*. At mutavi sententiam, postquam animadverti, in linguis Orientalium *ligandi* verba ad corporis vigorem & vegetæ ætatis robur significandum sæpe transferri; quod quia utilem præbet doctrinam,

ctrinam, & multorum in Hebraiſmo obſcuriorum verborum illuſtrationi inſervit, ex Arabiſmo luculentiſſime demonſtrabo. Arabice شل eſt *ligare*, dein ad robur & vigorem corporis notandam transfertur. Inde eſt in Alcorano phraſis شددنا اسرهم *ligavimus ligamenta eorum*, hoc eſt, *vegeto & robuſto corpore eos donavimus.* Alcor. Sur. 76.28. نحن خلقناهم وشددنا اسرهم *Nos creavimus eos & firmiter colligavimus.* Sic اشد خلقا Sur. 79. 27. *firmior creatione*, proprie *ligatior*, & اشد ab hac rad. eſt *ætas juvenilis, robur ætatis* ab anno 18. ad 30. hinc in Alcorano ولما بلغ اشده *& cum ad vegetam ætatem, annos juveniles perveniſſet.* شديد eſt قوي *validus*, *robuſtus*, corpore & animo proprie *conſtrictus*, *ligatus*. Radix لز Arab. eſt *conſtringere*, *ligare*; inde ملزز eſt *corpore valido & vegeto præditus*, proprie *ligato*, & لزايز ſunt *στέρνα pectora*, compactiores & magis conſtrictæ corporis partes. Ab verbo ارم *ligare* eſt ارم firma membrorum compages & corporis ſtructura. حسنة الارم *pulcra puella*, proprie *ligata* ſeu *pulcra ligatione*. Verbo حبك *ligare* etiam hoc pacto abutuntur, unde eſt محبوك *ligatus*, quod in Camus exponitur الفرس القوي *equus robuſtus, validus.*

نزور

زوَر *ziwarr* notat *robustum*, *vegetum*, a rad. زور zawara *ligare*, unde est زرت *ligavi*, *cinxi camelum*, cingulo زوار البعير dicto: dicunt etiam زور الشي *rem firmam & validam reddidit*, proprie *ligavit*. Hæc ex Alcamus. Porro ab rad. Hebræa עקר *ligare* Arabes dicunt معقودة الغرى *ligata dorso*, id est, firmo & compactiori dorso camela. Cor hominis solidissima ac maxime robusta corporis pars a colligatione partium *ribat* رباط audit, a rad. ربط *colligare*, & ab Arabe quodam ita describitur مربوط بعلايق في غاية الوثاقة *firmissime ligamentis & loris constrictum*. Ex hisce exemplis patet quid in ovibus sint המקשרות *ligatæ*, vegetæ scil. & robustiores, prout חזק pro *pingui & vegeto* etiam usurpatur apud Ezech. 34: 16. quod nil aliud proprie quam *ligatum* sonat, quod cap. seq. pluribus ostendam. Neque tantum explicationi hujus loci inserviunt hæ observationes, sed etiam maxime illustrant usum verbi עצב apud Jobum cap. 10: 8. ידי עצבוני ויעשוני יחד סביב ותבעני. Verbi עצב primariam & formalem, ut vocant, significationem statuo *ligare*, quam simplicem notionem sub radice hac nobis conservarunt Arabes, عصب Arab. est *ligare*, *constringere* in 4. Conjugat. اعصب *firmiter religavit*, vittam, fascias, & simi-

ſimilia. عصابة *vinculum*, & *faſcia*, *vitta*, a religando. Antequam autem locum Jobi modo citatum explicare aggrediar, illud mihi in anteceſſum monendum eſt, omnino ex ſcopo & ſerie orationis עצב hic non poſſe exponi *dolore afficere*, aliud enim prorſus agit Jobus, & mirabilem Dei in ſeſe creando & efformando operam hoc verſ. & aliquot ſequentibus celebrat. Hoc attenta mente totum textum inſpicienti clariſſime apparebit. Ita etiam locum hunc explicuerant plerumque veteres Interpretes. Lxx. Αἱ χεῖρές σου ἔπλασάν με καὶ ἐποίησάν με. עצבוני vertunt ἔπλασάν με *formarunt me*. Sic Hieronymus: *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me totum in circuitu.* Chaldæus etiam Interpres hoc pacto locum vertit: ידך צַיְירוּנִי וְעַבְדוּ יָתִי *manus tuæ formarunt me & fecerunt me.* R. Salomon & R. Levi eodem ſenſu locum declarant, Jarchio ad verbi illuſtrationem citante locum Miſnicum ex Codice Sabbath. fol. 147. אין מעצבין את הקטן: quem tamen locum ipſe non intellexit, nam eum ita exponit, *non plaſmant* in Sabbatho *infantem*, id eſt, matribus non licet infantes die Sabbathi partu editos plaſmare & manibus comprimere; quo neſcio an abſurdius aliquid Rabbino in mentem venire potuiſſet. Locus Miſnicus ita ex Arabiſmo explicandus eſt: *Faſciis non religant & involvunt*

vunt parvulum die Sabbathi, nam عصب esse *fasciis religare* & عصابة *fasciam* supra jam docui. R. Levi ex Interpr. Chald. עצבוני declarat per ציירוני *formarunt me*, & respici putat a Jobo ad vim plasticam, semini humano a Deo inditam, per quam dat nobis effigiem nostram. Quin ipse etiam Ab. Ezra, licet ipse aliter sentiat, tamen dissimulare non voluit, plurimos Interpretes *effigiare* exponere, ex lingua Arabica seu Kedarena; *creare nervos corporis*. Eodem etiam modo Kimchi in Libr. Rad. *R. Mose Ben Ezra exponit illud ex significatione nervorum, qui* עצבי *vocantur*. At ne lectorem diutius morer, sententiam meam ita propono. עצב, ut supra monui, primario mihi est *ligare*, eam significationem in hoc loco Jobi obtinere puto, & eleganter de structura & *colligatione* membrorum, quæ nervis fit, intelligendam nullus dubito; עצב enim seu عصب *ligare* hunc etiam usum præter simplicem *ligandi* obtinet. Inde עצב est *tendo*, *nervus*, & verbum עצב *nervis colligata fuit* caro, حسنة العصب *pulcra* & *elegans puella*, proprie *elegans ligatione*, معصوب עצוב *ligatus*, id est, *nervosus*, valde compacta carne constans, eleganti corporis structura & symmetria præditus, uti Golius exponit. Certe dubium esse non potest ex exemplis supra allatis *ligandi*

verba

verba ad ſtructuram corporis referri, at maxime huc facit, quod אסר اسر *vinculum* ab verbo אסר اسر *ligare* in Camuſo exponatur مفاصل *artuum compages*, ab aliis autem خلق, id eſt, *creatio*, atque tunc اسر eſt actio; hinc in Alcor. شددنا اسرهم *ligavimus ligamina eorum*, id eſt, firmavimus compagem corporis eorum. Sicut ergo in Alcorano videmus dici خلقناهم وشددنا اسرهم *Creavimus eos & firmiter ligavimus*, ita hic in Jobo dicitur, *Fecerunt me manus tuæ* ſeu *crearunt*, *& ligaverunt me*, ſcil. tendinibus & nervis. Poſterius hemiſtichion hujus verſiculi aliter etiam verto ac cœteri Interpretes. יחד סביב ותבלעני, ſignificatio *abſorbendi* ex ſcopo & inſtituta oratione hic neutiquam convenire videtur. Duplex autem ex Arabiſmo ſuccurrit expoſitio. Prima eſt, ut verbum בלע explicemus *ad maturam ætatem perducere*, quæ ſignificatio hic non male convenit; *ſimul undiquaque* ligaſti *& ad maturam me perduxiſti ætatem.* بلغ Arabice idem eſt ادرك *maturam attigit ætatem*, quod in Alcor. dicitur بلغ اشده & ab aliis etiam بلغ المبلغ & بالغ *adultus.* Aliam præterea ſignificationem habet בלע بلغ apud Arabes præſertim in tertia Conjugat. بالغ, quæ Pihel Hebr.

Hebr. fere respondet; scil. *summam adhibere diligentiam*, & per اجتهد declaratur, quod notat *summo studio rem elaboravit.* Ita legitur in Hist. Tamerl. de aulæo Bajazethi pretiosissimo, animalium, volucrium, plantarum, regionum, urbium figuris elegantissime contexto, المبالغ في احكامها واجادتها احسن الابلاغ *eleganti compositione studiosissime elaboratum erat.* Hanc significationem in hoc loco obtinere puto, & vertendum esse, *& summo studio elaborasti me.* Lxx. quum vertunt ἔπλασάς με, respiciunt ad significationem, quam בלע apud Syros obtinet, *vapulare* scil. Videamus jam porro, quomodo altera & frequentior verbi עצב significatio, *dolere* vel *dolore affici*, ex *ligandi* notione fluat; neque hic magnopere desudandum erit, cum sponte sese menti offerat, animus enim *dolore pressus* & *anxius* (עצב enim semper de mœrore animi ponitur) *ligatus* & *constrictus* quasi est. Ita Arabice حزم *ligari* & animi *anxius esse*. شدة a rad. شد *ligare* est *angustia animi* & *miseria*, unde حال الشدة *status angustiæ* & حال الرخا *status lætus* & *prosper* opponuntur ab Ibn'ol Athir. Contra *solvi* notat *hilarem*, *lætum esse*; ita ab Hebr. שרה *solvere* Chaldæi & Syri formant שרותא, id est, *convivium opi-*

parum, quo genio indulgetur, & animus curis solvitur. Bacchus etiam Λυσαίρης Veteribus vocatus, quasi ذو الشبر *Dominus solutionis*, quod animum curis solvat. Ita ὁ πάνυ Bochartus. طلق Arab. *solvit*, *laxavit* vinculis, inde est طليق *solutus*, quod de *curis libero* & *lato* usurpatur, quemadmodum etiam طلق. Porro sicut sub rad. עצב *ligare* duæ hæ significationes diversæ vario habito respectu vel ad corpus vel ad animam *effigiare* vel *dolore premere* obtinent, ita etiam in verbo יצר, quod de corpore, *formare* est, at de animo, *angere*.

CAP. III.

Ulterior præcedentis materiæ pertractatio. Verba ligandi *ad animi fortitudinem etiam transferuntur. Hebr.* חזק *primario notat* ligare; *id ex Arab. ostenditur. Inde cæteræ omnes significationes profluunt.* Ligandi *verba etiam de* ædificiis *usurpantur. Inde illustratur vox ignota* אגדה. *Verbum* אור & ארו *Hebr.* ligare, *inde* ארז cedrus. *Significatio prima verbi* עצם *etiam* ligare. Ligati *cæci. Locus ex Esaja illustratus.*

UT ea, quæ cap. præcedenti disseruimus, amplius illustremus, observatu di-

dignissimum est, *ligandi* verba non tantum ad robur & vegetam ætatem corporis notandam transferri, sed etiam ad animi constantiam & fortitudinem. Arabice est ربط *ligare*, unde phrasis رابط الجاش *constans*, *firmus corde*, & ربيط *ligatus*, *constans*, *fortis*, *intrepidus*. Sic in وثق idem etiam observare licet. Parili modo in verbo Hebræo חזק *fortem esse & robustum* de corpore & animo res procedit. Nempe verbum חזק primaria significatione notat *ligare*, unde cæteræ omnes significationes hujus verbi tanquam ex fonte profluunt; certe חזק Hebræis nihil aliud simplici & prima significatione esse quam *ligare* plus quam verosimile reddent sequentes observationes. Primo verbum חזק حزق simplicem hanc notionem in Arabismo obtinet; unde derivata حزقة *agmen* a colligatione, ut عصبة itidem *agmen* ab عصب *ligare*, حازق pedem pressus & constrictus, حزاقا *necessario* a vinculo, متحزق *avarus*, ut متشدد *tenax*, avarus a شد *ligare*, & لز *avarus* ab لز *ligare*, unde لزكز in Hist. Tamerl. *ligatus* & *durus*, id est, *avarus*. Contra طلق *solutus* est *liberalis*. Patet hinc quod חזק sit *ligare* apud Arabes, at utilius fuerit eundem usum apud Hebræos invenire, ad quod probandum clarissimus est locus Esaj. 22: 21. אבנטך אחזקנו

 bal-

baltheo tuo ipſum conſtringam; ubi evidenter חזק eſt *conſtringere.* Ad hanc ſignificationem *ligandi* ducit nos etiam locus alter illuſtris 2 Reg. 12:8. לא חזקו הכהנים את בדק הבית, & verſ. 12. על הבית לחזקה. In his locutionibus verbum חזק notione *ligandi* ſumi debere, claret ex ſimili uſu verbi קשר, quod ad *ædificationem* & reſtaurationem ædificiorum transfertur Neh. 4:6. ותקשר כל החומה *& colligatus fuit totus murus.* Sic verbum Arabicum ربط *ligare* ad ſtructuram ædificiorum uſurpatur, unde eſt رباط ribat *ædificium*, *firma ſtructura*, exponente Golio. Videtur autem notari maxime hac voce ædificium publicum ad commoditatem viatorum, vel diverſorium, qualia ſunt *Karavanſerai* per totum Orientem. Certe ita uſu venit in Hiſt. Chriſti Perſ. ايـن خـانه تعلق داشت بيك رباطي كه منزل گاه مردم بود *Hoc domicilium adhærebat diverſorio cuidam* رباط, *ubi homines divertebant.* الرباطات *xenodochia* exponit illuſtris Pocockius in Hiſt. Dyn. Abulphar. p. 482. at p. 557. ربط دوناريس *collegia deſtructa.* Hæc obſervo ad illuſtrationem verbi obſcurioris apud Amos. cap. 9: 6. אגדה ſcil. *In terris* אגדתו יסדה *Agudda ſuum fundat.* Varie vox ab Interpretibus redditur. Hieronymus *faſciculum*, Lxx. ἐπαγ-

ἐπαγγελίαν, alii *cuneum*, *turmam* alii vertunt. Verum est אגדה notare *fasciculum* & *turmam*, sed ea significatio huic loco minime convenit, nam verbum יסדה *fundat eam Agudda*, aliud postulat; ut autem veram hujus loci interpretationem, quæ Eruditos hactenus latuit, habeamus, operæ pretium fuerit radicem אגד ex Arabismo illustrare. Kimchi in Lexico verbo אגד tribuit significationem *colligendi* per colligationem, & ענין קישור notionem *ligandi*. Hoc confirmo ex Arabica lingua, in qua אגד أجد notat *ligare* primaria significatione, quemadmodum etiam a Thalmudicis usurpatur, cujus exempla dat Buxtorfius in Lex. Thalm. hinc est عقد موجد *nodus colligatus*; hinc metaph. transfertur ad corporis robur & firmitatem notandam, quam significationem ex verbis *ligandi* profluere apud Arabes cap. præced. demonstratum est. Inde אגד أجد est *robusta & compacto corpore camela* in Camus. Et verbum in 4. conjugat. est, *corroboravit*, *robustum effecit*. موجد *compactus*, & *robustus*; ad structuram etiam *ædificiorum* verbum אגד ab Arabibus transfertur, quod etiam de ربط & קשר observabam. Hinc apud Giggejum invenies بنـاء مـاجد *ædificium firma compagine exstructum*; & apud Zamachsjar. Lexicographum Arabem אגד seu اجـان exponitur per

 طـاق

طاق معقود *fornicem* vel *præsidium*; nam & hoc طاق notat, *colligatum* & firmæ structuræ. Ergo certum est אגר esse *ligare*, inde est אגרה *fasciculus*, quod cuilibet evidens est, at præterea inde etiam est אגרה *turma*, a colligatione in unum; ita عصبة est *agmen*, *turma* hominum, a rad. عصب עצב *ligare*. Alcor. Sur. 28.76 *Karoun* قارون, id est, *Korah*, *erat ex populo Mosis—cui thesauros tantos dedimus* ما ان مفاتحه لتنوا بالعصبة اولي القوة *ut claves eorum graviores sint ferendo ingenti turma robore & viribus prædita*. Nil mirum, nam چهل خانه گنج داشت *quadraginta domos opibus repletas possidebat*, ait Sadi in Gulistan. Multa de divitiis Korachi tradunt Mahomedani, quæ a Judæis ex Thalmude palam petita sunt. Porro eodem modo a rad. حرق *ligare* est حرقة *agmen*, *turma*. Tandem ab significatione prima *ligandi* אגרה est *ædificium*, ut Arab. رباط & اجان, quæ supra explicavimus. *Ædificium suum*, id est, ecclesiam, *in terra fundavit*. Redeo ad illustrationem verbi חזק, ad cujus primam *ligandi* significationem iterum nos ducit alius hujus verbi usus, quo pro *convalescere* ponitur Esaj. 39: 1. *Ægrotavit* ויחזק *& convaluit*. Ezech. 34: 16. *Ægrotantem* אחזק *sanabo*, proprie *colligabo*, artus morbo languidos & solutos

tos in priſtinum robur & vigorem reſtituam. Sic verbum אגר *ligare* apud Arabes in 4. conjugat. الجد eſt *ſanare, viribus ac robori reddere* poſt amiſſam valetudinem. Ita Zamachsjar. verbum hoc exponit. Tandem *fortitudinis* & *virtutis* ſignificatio in verbo חזק non male etiam ad hoc principium refertur, fortiter & ſtrenue ſe geſturi ligabant & accingebant lumbos, unde etiam apud Latinos *ſuccinctus* eſt *ſtrenuus*, *diſcinctus* contra *ignavus*. Ita dicitur Job. 38: 3. *Accinge inſtar viri lumbos tuos*; & *ſuccingere lumbos* ex Hebraiſmo aliquando eſt, *fortiter, ſtrenue agere*. Conf. Jer. 1: 17. חזק ergo *fortem* notat, quaſi *accinctum* dicas. Ita ربيط *ligatus*, *accinctus*, eſt *fortis* & *ſtrenuus* Arabice, a verbo ربط *ligare*. شديد *ſtrenuus*, *heros*, a rad. شد *ligavit*, ab ادي *accingere* eſt مودي *pollens virtute*. De *robore* corporis in verbo חזק, quomodo ex ſignificatione *ligandi* fluat cap. præced. luculenter demonſtratum eſt. Pari modo verbum אזר notat primario *ligare*; dein *accingere*, tanquam ſpecies ex genere; tertio etiam *roboris* & *firmitatis* ex colligatione partium oriri ſolitæ ſignificationem continet, ſaltem ex mente τῶν Lxx. qui Eſaj. 50: 11. כאזרי ויקות reddunt κατισχύον-τε φλόγα *corroboratis flammam*. Ad hæc L. Capellus hoc pacto commentatur: “Vulg. *Ac-*

 „*cincti*

„ *cincti flammis.* Sic recentiores omnes In-
„ terpretes; sed dura admodum videtur hæc
„ phrasis *accingere flammas.* Melius meo ju-
„ dicio Lxx. Interpretes, qui reddiderunt κα-
„ τισχύσατε φλόγα, nempe legerunt מיזורי *qui*
„ *corroboratis*, י pro א &c. Addo ego mox
in sequentibus אזר declarari per בער *accendere*, unde videri posset incommoda satis huic loco significatio *cingendi.* Non tamen assentiri possum Clar. Capello, Lxx. aliter textum legisse; nam & natura Hebraismi significationem, quam dederunt, admittit, & in Arab. lingua אזר أزر significatione ea familiare est, unde أزر exponitur قوة *robur*, & verbum أزر *robustus evasit*, أزر *roboravit.* Cæterum non erraverim forte, si ארז, id est, *cedrus*, ad hanc rad. retulerim, facta literarum metathesi, quasi dicas arborem bene colligatam, compactoque & durissimo ligno præditam. Certe radix ארז أرز Arab. est *ligare*, unde أرز est *validus & robustus camelus*, conf. cap. praeced & أريز *tenax*, *avarus*, ut متحزق *avarus* ab حزق *ligare*, de quo etiam plura supra annotavi. Dicunt præterea, يارز لي وطنه *alligatus est loco suo*, amore patriæ tenetur. Hanc etiam significationem *ligandi* in verbo ארז veteribus Hebræis cognitam fuisse plane persuasus sum ex loco Ezech. 27: 24.
ubi

ubi ארז cum verbo חבש *ligare* tanquam synonymum jungitur; בחבלים חבשים וארזים *funibus ligati & constricti*. Alii vertunt *cedratas, cedrinas capsas*. Hieronymus *cedros*, alii aliter. Eodem fere modo investigatio thematis עצם procedit. Kimchius ejus notionem explicat ad Jer. 15:8. יבוא זה הלשון בענין הכמות הכמות והאיכות *venit hæc vox de quantitate & qualitate*. Hinc Bochartus putavit radicem hanc Hebræis *numerosum* notasse, & a discreta quantitate interdum transferri ad continuam. Fateor verbum hoc sæpissime ad *numerum* referri, at cum עצם *os* incommode a numero deducatur, melius a *robore* & *duritie*, malim a continua quantitate ad discretam translatum esse verbum. Significationem primariam huic verbo iterum tribuo *ligare*, quomodo fere cum rad. עצב conveniet, ם pro ב ex more posito. Arabice עצם عصم est *ligare* & *ligando firmare*, عصام *vinculum*, اعصم *variegatis pedibus* animal a צעם *ligare*, ut עקוד *variegatum* a עקד *ligare*. عصمة idem quod قلادة *collare* a ligando. Hac significatione verbum עצם occurrere puto Esaj. 29:10. יעצם את עיניכם, Vulg. *Claudet oculos vestros*, & c. 33:15. עצם עיניו *qui claudit oculos suos, ne videat malum*. עצם in hisce phrasibus nihil aliud notat quam *ligare*, *ligare* autem *oculos* est *excæcare*, & *li-*

gati ſunt *cæci.* Arab. شمل notat *ligare*, & dein *accingere*, unde Hebr. שמלה *veſtis*; hinc apud Abulphar. in Hiſt. Dyn. frequens occurrit phraſis شمل عينيه *conſtrinxit*, *ligavit oculos ejus.* Sic Hiſt. Sarac. p. 217. de Chalipha Muſtacfi فاعتقله وشمل عينيه *in vincula eum conjecit*, *& oculis privavit*, proprie *ligavit.* Et abſque عين abſolute شمل *ligare* eſt *excæcare.* Abulphar. p. 343. وذلك لانّه كان شمله واعماه *idque*, *quia eum excæcaverat & lumine privaverat*, proprie *ligaverat.* Et p. 322. ان لم تقتله فاشمله فشمله *ſi nolis eum occidere*, *ſaltem oculis priva eum*, *& oculis privavit eum*, in Arabico eſt *liga eum*, *& ligavit eum.* Sic a rad. كفّ *ligare* dicunt مكفوف البصر *ligatus viſu* in Epiſt. Toph. de Hai Ibn Jokd. & abſolute مكفوف *ligatus*, id eſt, *cæcus*, in Abulphar. aliiſque. Hebr. צרר eſt *ligare*, inde Arabes formant צריר ضرير *cæcus*, proprie *ligatus*, & צרארה ضرارة *cæcitas.* Hinc claret quomodo עצם עינים *ligare oculos* ſit *excæcare*, quorſum etiam forte referendum quod exſtat Eſaj. 61: 1. לאסורים פקח־קוח *vinctis*, *ligatis omnimoda apertio*, nam cum פקח *aperire*, ſemper de aperiendis cæcorum oculis, nunquam de alia ſolutione uſurpetur, niſi quod ſemel tantum abuſive de auribus aperiendis di-

ca-

catur Esaj. 42: 20. jure antitheseos אסורים *ligati* hic de *cæcis* intelligendum videtur. Nec obstat quod utrobique non addatur עינים *oculi*, nam *ligare* absolute est *excæcare*, ut docui, & פקח *aperire* absolute absque עינים sæpe usurpatur, ut Exod. 4: 11. ubi פקח *solutus* est *luminibus gaudens*, & Psal. 146:8. Deus פקח *solvit cæcos. Solvit*, id est, *visui restituit.* Porro a significatione hac prima verbi עצם *ligare* profluit altera, *durum*, *validum*, *compactum esse*; & עצם *os* a robore & partium colligatione; & tandem עצם *numerosum esse*; nam ex colligatione unitatum & numerorum simplicium magnus emergit numerus & quantitas. Sic حصر Arabice est *ligare*, & *in numerum referre*, unde in Hist. Tamerl. sæpe occurrit لا يحصى ولا يحصر *non in calculum refertur aut numerari potest*, proprie *ligari.*

F I N I S

Speciminis Observationum Arabicarum.

INDEX

INDEX
LOCORUM S. SCRIPT.
extra ordinem nove explicitorum ex Arabica lingua.

Cap.

Cap.

Cap.

INDEX
VOCUM HEBRAICARUM SACRI CODICIS,

quarum nova & hactenus ignota ſignificatio affertur ex Arabica lingua.

א.

ב.

gati sunt *cæci.* Arab. شمل notat *ligare*, & dein *accingere*, unde Hebr. שמלה *vestis*; hinc apud Abulphar. in Hist. Dyn. frequens occurrit phrasis شمل عينيه *constrinxit*, *ligavit oculos ejus.* Sic Hist. Sarac. p. 217. de Chalipha Mustacfi فاعتقلاه وشمل عينيه *in vincula eum conjecit*, & *oculis privavit*, proprie *ligavit.* Et absque عين absolute شمل *ligare* est *excæcare.* Abulphar. p. 343. وذلك لانه كان شمله واعماه *idque, quia eum excæcaverat & lumine privaverat*, proprie *ligaverat.* Et p. 322. ان لم تقتله فاشمله فشمله *si nolis eum occidere, saltem oculis priva eum, & oculis privavit eum*, in Arabico est *liga eum, & ligavit eum.* Sic a rad. كعف *ligare* dicunt مكعوف البصر *ligatus visu* in Epist. Toph. de Hai Ibn Jokd. & absolute مكعوف *ligatus*, id est, *cæcus*, in Abulphar. aliisque. Hebr. צרר est *ligare*, inde Arabes formant צריר ضرير *cæcus*, proprie *ligatus*, & צרארה ضرارة *cæcitas.* Hinc claret quomodo עצם עינים *ligare oculos* sit *excæcare*, quorsum etiam forte referendum quod extat Esaj. 61: 1. לאסורים פקח־קוח *vinctis, ligatis omnimoda apertio*, nam cum פקח *aperire*, semper de aperiendis cæcorum oculis, nunquam de alia solutione usurpetur, nisi quod semel tantum abusive de auribus aperiendis dica-

ca-

catur Esaj. 42: 20. jure antitheseos אסורים *ligati* hic de *cæcis* intelligendum videtur. Nec obstat quod utrobique non addatur עינים *oculi*, nam *ligare* absolute est *excæcare*, ut docui, & פקח *aperire* absolute absque עינים sæpe usurpatur, ut Exod. 4: 11. ubi פקח *solutus* est *luminibus gaudens*, & Psal. 146:8. Deus פקח *solvit cæcos. Solvit*, id est, *visui restituit*. Porro a significatione hac prima verbi עצם *ligare* profluit altera, *durum*, *validum*, *compactum esse*; & עצם *os* a robore & partium colligatione; & tandem עצם *numerosum esse*; nam ex colligatione unitatum & numerorum simplicium magnus emergit numerus & quantitas. Sic حصر Arabice est *ligare*, & *in numerum referre*, unde in Hist. Tamerl. sæpe occurrit لا يحصى ولا يحصر *non in calculum refertur aut numerari potest*, proprie *ligari*.

FINIS

Speciminis Observationum Arabicarum.

INDEX

INDEX
LOCORUM S. SCRIPT.
extra ordinem nove explicitorum ex Arabica lingua.

Cap.

Cap.

INDEX

VOCUM HEBRAICARUM SACRI CODICIS,

quarum nova & hactenus ignota ſignificatio affertur ex Arabica lingua.

א.

ב

ſic

— ſic ab Hebr. כפר *tegere* eſt كفر *abnegare*, unde Caphir & Caffri.

כלם ἀνθηκρίνεσθαι & καταλαλεῖν, juxta τοὺς Lxx. ſignif. in Arab. notæ. 30, 70

כרם *virtus*, *nobilitas*. 87

כרמים *generoſi*, *viri boni* juxta Jonath. & Jarchium. 87

כתר *multitudine ſuperavit* كثر. 130

כרר *irruere* ex Lxx. radix Hebr. reſtituenda.

ל. 20, 169

ל πλεονάζει. 50, 51

— hinc explicatur לאל יד.

ל eſt comparationis particula. 34, 159

לו *ſi* etiam ſecundum Lxx. 42

לון *facilis*, *obſequens fuit*. 158

לילה *infortunia*. 131

לעה radix Hebraiſmo reſtituenda duo notat, 1. *loqui* Eſaj 40: 4. 2. *vane effutire* etiam juxta Lxx. 13

מ.

מבך vox ignota. 101, 102

מדד *protrahere*, *extendere*. 20

מור, unde תמורה *motio* ſeu *mutatio*, id eſt, ſtylo Arabum, *commercium cum mundo*. 41, 74, 75

מכן *exitio dare*. 89

מלא in Hithp. *conſpirare*. 42

מלה *faſtidium*, a מלל *faſtidire*. 115

מלט *evellere* juxta Symm. ſic Arab. 67

— Senſus ille, quem Symmachus dat, omnium

O 3 accom-

gati ſunt *cæci.* Arab. شمل notat *ligare*, & dein *accingere*, unde Hebr. שִׂמְלָה *veſtis*; hinc apud Abulphar. in Hiſt. Dyn. frequens occurrit phraſis شمل عينيه *conſtrinxit*, *ligavit oculos ejus.* Sic Hiſt. Sarac. p. 217. de Chalipha Muſtachi فاعتقله وشمل عينيه *in vincula eum conjecit*, *& oculis privavit*, proprie *ligavit.* Et abſque عين abſolute شمل *ligare* eſt *excæcare.* Abulphar. p. 343. وذلك لانه كان شمله واعماه *idque*, *quia eum excæcaverat & lumine privaverat*, proprie *ligaverat.* Et p. 322. ان لم تقتله فاشمله فشمله *ſi nolis eum occidere*, *ſaltem oculis priva eum*, *& oculis privavit eum*, in Arabico eſt *liga eum*, *& ligavit eum.* Sic a rad. كف *ligare* dicunt مكفوف البصر *ligatus viſu* in Epiſt. Toph. de Hai Ibn Jokd. & abſolute مكفوف *ligatus*, id eſt, *cæcus*, in Abulphar. aliiſque. Hebr. צרר eſt *ligare*, inde Arabes formant צריר ضرير *cæcus*; proprie *ligatus*, & צרארה ضرارة *cæcitas.* Hinc claret quomodo עצם עינים *ligare oculos* ſit *excæcare*, quorſum etiam forte referendum quod exſtat Eſaj. 61; 1. לאסורים פקח־קוח *vinctis*, *ligatis omnimoda apertio*, nam cum פקח *aperire*, ſemper de aperiendis cæcorum oculis, nunquam de alia ſolutione uſurpetur, niſi quod ſemel tantum abuſive de auribus aperiendis di-

ca-

catur Esaj. 42: 20. jure antithefeos אסורים *ligati* hic de *cæcis* intelligendum videtur. Nec obstat quod utrobique non addatur עינים *oculi*, nam *ligare* absolute est *excæcare*, ut docui, & פקח *aperire* absolute absque עינים sæpe usurpatur, ut Exod. 4: 11. ubi פקח *solutus* est *luminibus gaudens*, & Psal. 146: 8. Deus פקח *solvit cæcos*. *Solvit*, id est, *visui restituit*. Porro a significatione hac prima verbi עצם *ligare* profluit altera, *durum*, *validum*, *compactum esse*; & עצם *os* a robore & partium colligatione; & tandem עצם *numerosum esse*; nam ex colligatione unitatum & numerorum simplicium magnus emergit numerus & quantitas. Sic حصر Arabice est *ligare*, & *in numerum referre*, unde in Hist. Tamerl. sæpe occurrit لا يحصى ولا يحصر *non in calculum refertur aut numerari potest*, proprie *ligari*.

F I N I S

Speciminis Observationum Arabicarum.

INDEX

LOCORUM S. SCRIPT.

extra ordinem nove explicitorum ex Arabica lingua.

Cap.

Cap.

Cap.

Cap.

INDEX
VOCUM HEBRAICARUM SACRI CODICIS,

quarum nova & hactenus ignota significatio affertur ex Arabica lingua.

א.



ב.

הוה

sic

— sic ab Hebr. כפר *tegere* est كفر *abnegare*, unde Caphir & Caffri.

כלם ἀνλικρίνεσθαι & καταλαλεῖν, juxta τοὺς Lxx. signif. in Arab. notæ. 30, 70

כרם *virtus, nobilitas.* 87

כרמים *generosi, viri boni* juxta Jonath. & Jarchium. 87

כתר *multitudine superavit* كثر. 130

כרר *irruere* ex Lxx. radix Hebr. restituenda.

ל. 20, 169

ל πλεονάζει. 50, 51

— hinc explicatur לאל יד.

ל est comparationis particula. 34, 159

לו *si* etiam secundum Lxx. 42

לין *facilis, obsequens fuit.* 158

לילה *infortunia.* 131

לעה radix Hebraismo restituenda duo notat, 1. *loqui* Esaj 40: 4. 2. *vane effutire* etiam juxta Lxx. 13

מ.

מבך vox ignota. 101, 102

מדד *protrahere, extendere.* 20

מור, unde תמורה *motio* seu *mutatio*, id est, stylo Arabum, *commercium cum mundo.* 41, 74, 75

מכך *exitio dare.* 89

מלא in Hithp. *conspirare.* 42

מלה *fastidium*, a מלל *fastidire.* 115

מלט *evellere* juxta Symm. sic Arab. 67

— Sensus ille, quem Symmachus dat, omnium

gnific. Inde explic. Esaj 33: 1. כנלותך & inde منالة מנלה *opes, divitiæ.* 40
Non agnosco radicem נלה, ad quam hæc solent referri, quia ל & ו nunquam se immediate sequuntur in hisce linguis.

עזר

שבר

ש.

INDEX

vocum Hebraic. Thalmudic. Chald. Syr. Arabic. ac Perſicarum, quæ illuſtrantur, aut quarum uſus inſolentior & Lexicis ignotus indicatur.

زعبر

رو

ERRATA.

Pag.	Lin.	Leg.
2.	24.	Muaviam
12.	10.	خطا
14.	2.	نجع
16.	22.	parcet
17.	21.	at
22.	11.	غل
23.	14.	פלג
37.	22.	ותגרע אלין חכמה
42.	3.	לו
52,	15.	post Hebr. add. Ex. 23: 21.
53.	26.	עיר בבהלות
54.	6.	pro ὑπὲρ leg. per
60.	17.	pro عض leg. عفر
63.	2.	Hariræo
	6.	الجانح
71.	3.	pro Psalm. 7. leg. vers. 7.
87.	7.	pro لانزاع leg. لانواع
	10.	pro Hebr. leg. Ebn.

FINIS.